



\*M 27  
I  
Pol  
2

ad impōrtu & inq̄m̄  
habimibis.

ἰσχυροῦς

ἰσχυρῶς

ἰσχυρῶς



x M 27 - I - Pol - 2

M

VENEZIA, Tipografia Stella  
S. Maria della Salute, 1897.



BREVE  
DIRECTORIVM  
AD CONFESSARIUM,  
confitentis munus recte  
obeundum,

M. IOANNE POLANCO  
*Theologo Societatis IESV aushore.*

Item

DE FREQUENTI VSV  
Sanctissimi Eucharistiae Sa-  
cramenti libellus,

PER D. CHRISTOPHORVM  
*Madridium Doctorem Theolo-  
gum Societatis IESV.*

*del Archivo  
va de la  
Pres Sta  
y acon...*

*loci*



VENETIIS, Ex officina Stellæ  
Iordani Ziletti, 1565.



ERRVE

DIRECTORIVM

A. D. CONFESSARI

contingit iniquis rebus

operandis

M. IOANNE FORNICO

Thesaur. Secretalis & S. V. Cantuar.

Item

DE PROVENTU VSA

Sacrosancti Pontificatus

invenit

PER D. HONORATUM



Handwritten blue ink notes and scribbles on the left side of the page.



VERITAS IN QUAE

JOHANNES

AD LECTOREM.



Nter cetera pietatis officia, in quibus Societas Iesu pro data sibi à diuina liberalitate gratiae

mensura, uersari solet, illud sanè audiendarum confessionum, quod ad iuuandam hominum salutem imprimis est necessarium, frequentissime obire consuevit. Cum igitur uisum esset expedire, ut praesbyteri huius Societatis diuersissimis orbis regionibus disiuncti, unam eandemque rationem in hoc ministerio gerendo sequerentur, quemadmodum uno atque eodem spiritu ad promouendam hominum salutem ducuntur, datum fuit mihi negotium à R. P. nostro Praeposito, ut quam aptissimo ordine possem, in compendium

A 2 ca





4.  
ea redigi curarem, quæ partim le-  
ctione, partim observatione, cre-  
brisque tum meis tum aliorum ex-  
perimentis utilia esse & confessa-  
ris & confitentibus comperissem.  
Ut esset omnibus sacerdotibus no-  
stra Societatis una proposita regu-  
la, ad quam præcipue, quæ ad hanc  
functionem pertinent, dirigeremus.  
seruantes eam unionem in illa exe-  
quenda, quam omnibus in rebus te-  
nere propter Christi obsequium an-  
te omnia expetimus. Verùm cum  
plurimis exemplaribus egeremus,  
que manu exarari uix etiam lon-  
gissimo tempore potuissent, statu-  
ramus Typographorum opera uti,  
& omnia quæ excuderentur uolu-  
mina recipere, ut ea inter nostros  
duntaxat distribueremus: Ac ita  
quidem fecissemus, nisi Reuerendis-  
simus Archidux Summi Pontificis  
in alma Vrbe Vicarius ( qui un-  
cum Magistro Sacri palatii de li-  
bris

5  
P R A E F A T I O  
bris qui Roma imprimuntur censu-  
ram ferre solet ) nos, cum hunc tra-  
ctatum uidit, ad euulgandum illum,  
& cum alijs etiam extra Societa-  
tem communicandum fuisset horta-  
tus. Qui sperare se aiebat multos  
& confessarios & confitentes fru-  
ctum non mediocrem ex illo esse ca-  
pturos. Nos uerò, qui labores om-  
nes nostros, ac nos ipsos publice ani-  
marum utilitati ad Dei gloriam  
consecrauimus, ut aspernari non  
debuimus iudicium huius sapientis-  
simi presulis, ita hac in parte eius  
sancto desiderio repugnare nullo mo-  
do ausi sumus. Quare permisimus,  
ut libellus hic in lucem prodiret. Pre-  
carnur autem inexhaustâ Dei mise-  
ricordiam ut tam cōfessarios ipsos,  
quàm poenitentes per poenitentiam  
ueram à peccatis purgatos ad feli-  
cissimum illud regnum, in quod ni-  
hil intrat coinquinatum, perduce-  
re dignetur. Amen.



P R A E F A T I O . 6

DE SVBSTANTIA,  
Fine & efficienti causa Sa-  
cramenti poenitentiae.



POENITENTIA,  
& uirtus est,  
& Sacramen-  
tum, iuxta do-  
ctorum senten-  
tiam. Virtus  
quidem est, qua dolemus, ut o-  
portet, de peccatis praeteritis cu  
proposito ea in futurum euitan-  
di, quod breuiter Ambrosius,  
Poenitentia est praeterita mala  
plangere, & plangenda iterum  
non committere. Ut autem est  
Poenitentia Sacramentum, id  
est, ex Augustino, & sancto Tho-  
ma sacrae rei signum, puta remis-  
sionis peccatorum, duplices ac-  
tus includit, nimirum peccato-  
ris cor recessisse a peccato osten-  
dentes, & sacerdotis, opus Dei  
in re-

in remissione peccatorum signi-  
ficantes.

Sed rem magis explicando  
ex Concilio Florentino ( cui  
consonat Tridentinum & Do-  
ctores ) huius Sacramenti qua-  
si materia, sunt Actus poeniten-  
tis, qui in tres distinguuntur  
partes.

Prima est cordis coëritio, qua  
poenitens detestatur, & dolet de  
peccatis commissis, cum propo-  
sito amplius non peccandi.

Secunda est oris confessio,  
qua omnia peccata, quorum me-  
moriam habet, Sacerdoti suo in-  
tegrè confitetur.

Tertia est operis satisfactio,  
qua pro peccatis secundum arbi-  
trium sacerdotis satisfacit, qua  
quidem praecipue fit per ieiun-  
ium, orationem, & eleemosy-  
nam.

Forma huius Sacramenti sunt  
A 4 uer-



uerba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: Ego te absoluo, omnia autem alia sunt ad solennitatem, quæ tamen non sunt prætermittenda.

Finis uerò, res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius uim, & institutionem spectat, est absolui à peccatis, & reconciliari Deo, in eius gratiam redeundo: unde sequitur liberatio à pœnis Inferni, & in ijs, qui deuotè consentunt, pax & serenitas conscientia, cum magna spiritus consolatione & augmento donorum Dei.

Causa efficiens, & primaria huius Sacramenti, licet Deus sit Christi meritum intuens, tamen ut secundaria & instrumentalis est minister huius Sacramenti, qui Sacerdos esse debet, habens auctoritatem absoluendi ordinariam, uel ex delegatione superioris,

ris, & de hoc ministro dirigendo sermo nobis in præsentiarum futurus est. Sed ut in artificialibus artificis esse solet, & quæ ad suam personam spectat curare, & artis materiam disponere, & in eandem dispositam, formam inducere, & ad finem animo propositum, totum opus aptare: sic huius Sacramenti ministro (qui confessarius est) ut suo perfungatur officio, quatuor erunt curanda. Primum pertinet ad ipsius personam, ut apta sit ad hoc munus obeundum. Secundum ad Sacramenti materiam, scilicet actus consentientis, ut is à confessario adiutus circa contritionem, confessionem, & satisfactionem suum officium faciat. Tertium ad formam huius Sacramenti, ut rectè, atque ordine absolutio impèdatur. Quartum ad finem, ut scilicet pœni-

tens non solum per peccatorum  
ueniam, Deo reconcilietur, ue-  
rumetiam emendationem uitae,  
pacem, & consolationem spiri-  
tualem referat, & ad gratiae pro-  
fectum se disponat: & de his  
quatuor totidem capitibus agen-  
dum erit.

MVNDI DIRECTORIUM II  
CAPVT PRIMVM,  
DE CONFESSARIJ

Cura circa personam  
suam, ac primo  
de scientia.



**Q**UOD ad confes-  
sarij personam at-  
tinet, ut recte &  
secure suo funga-  
tur officio, quin-  
que (ut ferè om-  
nes consentiunt)  
ei necessaria sūt,  
scilicet, scientia, potestas, bonitas, pru-  
dentia, secretum. Ex quibus tamen,  
quædam ad ipsam Sacramenti huius  
administrationem sunt necessaria,  
quædam ut inculpate ab ipso confes-  
sarij administrantur, quædam ut de-  
core, & cum fructu magno animarum  
administrantur.

Ac primo quidem loco scientia ne-  
cessaria est eatenus, ut à non pecca-  
tis, peccata, & mortalia in communi  
uel ex genere, à uenialibus discernat.  
Ex genere sunt mortalia, quæ contra

A 6 charitatem



## DIRECTORIUM

charitatem Dei, & proximi admittuntur, quod intelligitur uidendo, an sint contra præcepta iustitiae, uel religionis, contra uotum, uel conscientiam, quod accidit iis, qui id, quod reputant mortale (forte non uerè) nihilo minus faciunt. Sciat etiam oportet generaliter, quæ mala esse satis apparet: ut septem peccata capitalia, & species eorum, quæ statim annexum malum ostendunt ex seipsis. Caueat autè facile pronunciare aliquid esse mortale, quod certò nesciat: in dubiis, inclinet potius ad securiorem partem, in difficilioribus nouerit dubitare, ut quod per se non potest, alios consulendo resoluat. Interim si res fuerit talis, ut nisi de ea constiterit, dari nequeat absolutio, differenda erit de eenter, ad monito, ut redeat, penitente.

Debet etiam scire circumstantias peccatorum, præcipuè eas, quæ mutant speciem actus, & ex quibus potest reddi peccatum mortale, ut si tenetur penitens ad restitutionem, si uult perseverare in peccato, si incidit in casus referuatos, si est in excommunicatione. Et præcipuè eas excommunicationes scire debet, à quibus ipse non potest absoluerè. De aliis uinculis

## CONFESSIO 13

lis suspensionis, & interdicti, & de nota irregularitatis, licet non sit perinde necessaria, aliquatenus certè curanda est cognitio. Sciat etiam in quibus casibus sit iteranda confessio.

Primò, scilicet, cum in penitente deficit propositum abstinendi à peccato.

Secundò, cum ex intèntione aliquod peccatum ommissum est in confessione.

Tertiò, cum confessarium non habuisse potestatem absoluendi constat quod accideret, si non esse sacerdotè, uel non habuisse iurisdictionem, uel certè non eius usum, propter excommunicationem publicatam, uel suspensionem constaret. Quartò, cum constat, mentis compotem non fuisse confessarium, uel noluisse absoluerè. Quintò, si omnino ignoras fuit sacerdos, adeò ut qua forma ad absoluendum uti deberet, nesciret, uel sermonem penitentis non intellexit. Sextò, si penitens impedimentum habuit, ut excommunicationis. Multi addunt. Septimum, id est, ob penitentiam ex contempta, uel nimia negligentia ommissam, cuius penitens oblitus est. Propter hoc tamen ultimum iterare potius securitatis, quàm necessitatis est.

Scire



## 14 DIRECTORIUM.

Scire etiã tenetur, quousque se extendat potestas ei concessa. Qui autem non ex obedientia, sed ex sua uoluntate se offert ad audiendas confessiones, ubi alii præsertim idonei non desunt, instructior scientia esse debet.

Qui autem dubitat, an sit idoneus, si ei imponitur à superiore, intrepidè obediat.

### *De potestate Confessarij.*

**P**Ræter scientiam, confessorio necessaria est triplex potestas: prima ordinis, ut sit Sacerdos: secunda iurisdictionis, ordinaria uel delegata, ut scilicet facultas ab eo, qui potest, ei concedatur. Qui enim à reservatis sibi peccatis absolueret, scienter, uel ignorãtia iuris crassa, grauiter peccaret, & cui hoc accideret, deberet obtenta facultate absoluedi, & uocato pœnitente, (si fieri cõmodè posset) quasi uolens de aliis interrogare, & certior fieri, eum iterum absolueret, si nõ potest cum eo loqui, uel sine scandalo monere, CHRISTO cõmitur. In articulo tamen mortis naturalis uel illata, ut in his, qui morti adiudicati sunt, de omnibus excommunicationibus, & peccatis potest quouis Sacerdos absolvere. Tertiã potestas est quo ad usum,

## 15 CONFESSIO.

usum, ne scilicet sit excommunicatus, suspensus, uel irregularis. De excommunicatione autem, suspensione, & irregularitate, ac etiam interdicto, alibi plura.

### *De uirtute Confessarij.*

**E**st etiam necessaria, cõfessorio bonitas. Qui enim in peccato mortali audiret confessiones mortaliter peccaret. Vice uersa, quò ipse melior, & in omnibus uirtutibus, præcipue in charitate fraterna, & zelo animarum eminentior fuerit, eò aptius erit instrumentum diuinæ bonitatis; ut per ipsum dignetur pœnitenti plenius gratiæ, ac uirtutum incrementum præstare. Ad bonitatem pertinet, ut sit compositus exterius, & interius, qui cõfessiones audit. Exterius quidẽ, ut nihil uideatur in uultu & gestibus, uel motibus corporis, uel etiam in uestitu, nec in uoce audiatur, quod nõ deceat uirum maturum, & qui meminit se locum Dei tenere. Interius uerò ut considerando cuius uices gerat, tanquam in eius oculis cum reuerentia & timore sancto hoc officium peragat, & humiliter de se sentiens, in corde suo confitentes sibi: præferat, ac se meliores existimet.

De



## 16 DIRECTORIUM

*De prudentia confessorii.*

**P**raterea prudentem esse oportet, tum erga poenitentem, in eius uulneribus medici more perferendis, ac medicina adhibenda (de quo inferius) tum erga seipsum, cautè agendo in iis interrogandis, quæ possent in tentationem adducere incautos: uerbis etiã honestis utatur, & uti doceat. Satis enim est intelligi id quod dicitur. Quòd attinet ad aspectum, excludendus est utrinque, ut nec qui confitetur faciem confessorii, nec confessorius uideat confitentis, præcipuè si mulieres sunt: imò ad latus sunt constitutendi, & si nihil fuerit intermediũ, quod aspectum prohibeat, aurem eisdem præbendo, certè manu ab eodem latere maxillæ apposita, faciei aspectus excludi poterit. Mulieres uerò non nisi in publico audire, & breuiter quàm fieri potest, & res patitur, eas expedire conuenit. Frequenter confidentibus certum tempus constitui debet, extra quod nõ audiatur: & cum eisdem potius seueri, quàm blãdi sint, confessorii, nec longis prædicationibus utantur. Et quamuis est prudentiæ resolutionem eorum, de quibus dubitat confessorius, differre, donec  
rem

## CONFESSIO 17

rem melius expenderit: tamen eos, qui parati sunt facere quod debent, interdum possent absoluerè. Si casus occurreret, de quo constat, quod uariè sentiunt doctores insignes, alii scilicet quòd sit peccatum mortale, alii contra, & poenitens adhæret alienius eorum opinioni periculosiori, tutior quidem uia ei suadenda, & periculi terror incutiendus est: sed tamen non potest ei negari absolutio, ab eo qui ordinarius est: qui tamen non est ordinarius, si sentit esse mortale, sequi potest suum iudiciũ, & non absoluerè: uideat ergo quid expediat. Quòd si non innitatur rationi ualide, nec claro auctori poenitens, & dubiũ sit an peccatum: hoc sit uel illud, omnino debet abstinere uelle. Si non de peccato agitur, sed an hoc faciendum nec ne, pura poena subeunda, uel restitutio facièda, &c. benignior in dubiis pars eligenda, iuxta illud cap. de transac. in his super quibus ius non inuenitur expressũ procedas æquitate seruata, semper in humaniorè partem declinando, secundum quòd personas, loca, & tempora uideris postulare. Est etiam prudentiæ, cum omnes audiri nequeant, eos libètius & prius audire,

dire, qui magis indigent, ut sunt qui rarius confitentur, & quorū spiritualis profectus redundat ad maiorem Dei gloriam, & commune bonum.

*De secreto nel sigillo Confessarii.*

**D**emum confessorius debet esse secretus, ut nullo præcepto etiam Summi Pontificis, manifestet, quæ in confessione audivit, & potest dicere, & iurare se nescire, quia nescit ut homini subiectus, licet magnum aliquod malum imminet, non revelando: cui tamen malo providere par est, quo ad eius fieri potest, non prodendo contentem ullo modo, nec odiosam faciendo confessionem. De licentia tamen contentis, & circa scandalum, possunt revelari audita, sed non debent, nisi prodesse possint. Qui interrogatus an absoluerit aliquem, dicit se non absoluisse, quia ex multis causis hoc potuit accidere, nõ est qui dem ille revelator, sed male diceret: potius dictū oportuit, se fecisse quod debuit, imò si ex consultatione confessorii, uel etiam peccati proptii confessione, posset innotescere peccatum alicuius in confessione auditū (quod raro admodum posset accidere) potius differri debet: fortior enim est

tunc

tunc obligatio sigilli, quam confessio nis faciendæ. Caueat etiam, ne propter ullum peccati genus, minus benignam faciem, quàm prius, ostendat pœnitenti. Et hæc de persona confessarii dicta sint.

**CAPVT SECVNDVM**  
de cura uel industria confessarii  
circa actus pœnitentis.



**S**ECVNDAM cõfessorii cura esse debet, circa pœnitentē iuandū ad actus suos, scilicet contritionis, cõfessionis, & satisfactionis rectè peragendos. His autem qui rarius, & non bene confitentur, confessorii charitas, industria, & diligentia est magis necessaria. Ve quoad eius fieri possit, pœnitentium defectus supplendo, eos ad huius Sacramenti finem consequendum disponat. Quia uerò cum huiusmodi, hæc cura secunda confessorii, de qua agimus, magis exercetur, his accommodato sermone, de ea plenius agetur.

De



## DIRECTORIUM

*De his quæ præmittuntur confessioni.*

**P**rimùm, sacerdoti paranti se ad audiendas confessiones, renouandū est desiderium salutis animarum, & diuini honoris, per orationem: qua (licet breuiter) petet à Deo gratiam pœnitentibus, ut ad ipsum uerè per cōfessionem redeant, ac Sacramenti finē consequantur: & sibi, ut suo munere rectè fungatur: & ne confessarii negligētia impediat uim, & efficaciam sanguinis Christi, & diuinæ liberalitatis influxum in pœnitentes, quin potius ut suppleat summa bonitas ipsius & potentia, uilis instrumenti defectus. In ipso etiam confessionis decursu, exerceri modo eodem charitas potest, & pœnitens semper ut imago Dei, reparata Christi sanguine, & eo perfusa, oculis mentis obijciatur.

Si suscepto pœnitente (quem subditū sibi confessarius cognoscat oportet,) curandū est, ut decēter se habeat, utroque genu flexo, & capite nudo (si potest) facie uerò non ad sacerdotē, ut dicitur est, sed ad latus uersa. Et si sua sponte non faceret, blandè monēdus esset, ut meminerit, se non corā homine peccatore, sed coram Deo altissimo constitutum esse, ut agnoscendo offensas

humiliter

## CONFESS.

21

humiliter ueniam postulet. Proinde iuxta sanctam confitentium consuetudinem, genua flectat, & caput aperiat. Doceat præterea (si tam rudis est pœnitens, ut id per se facere nesciat) signo crucis se munire: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & confessionem generalem, usque ad illa uerba: Mea maxima culpa, simul cum eo dicat.

Si nescit statutum confitentis, & conditionem & officium, petat breuiter ut conuenienter ex propriis cum eo procedat. Refert enim intelligere si coniugatus, si in sacris, si beneficium ecclesiasticum habens, si literatus, & huiusmodi.

Petat de tempore, à quo non est confessus, nec communicauit. Ad quod omnes qui attingunt discretionis ætatem tenentur, certè semel in anno circa festum Resurrectionis.

Interroget (si hominem in hac parte non nouit) an fecerit pœnitentiam iniunctam, & an conscientia suæ satisfecerit, omnia dicendo quæ memorie occurrerunt peccata in præteritis confessionibus, ut uideatur, an iteranda sit confessio. Quod si uideretur

iteranda,



## DIRECTORIUM

iteranda, hortetur eū, ut se pareat, & tēpus sumat ad omnia confitenda: uel si de morte timeatur, aut non appareat facturus: si inde recesserit: hortetur, ut tunc dicat omnia, etiam quæ in alijs confessionibus dixit (postquam omisit aliquid quid scienter) quantum recordari poterit, quia aliæ omnes inutilis fuerunt.

Petat an discusserit conscientiam suā ad hanc confessionem instituendā: si dicat se non discussisse, & uerisimile sit quod post redibit paratior, dimittendus esset, ut se discutiatur, præfixo tēpore quo redeat. Si mors, uel phrenesis immineret, uel non sit uerisimile quod redibit semel dimissus, uel si dicat aliquo modo (licet obiter satis) se discussisse suam conscientiam, monendus est, ut in posterum diligentius se prepararet, & ut quod recordatur, sincerè dicat, cum omni ea humilitate & displicentia peccatorum, qua potest, ut qui ab offensa Maiestate Dei, ueniam per confessionem sit impetraturus.

Petat an incurrerit, excoicationē, & ab ea si incurrit, absoluat, si quidē potest: uel si nō potest, remittat ad superiorem, uel ipse obtinere ab eo facultatē ab-

## MICONEPISIS 23

absoluendi curet. Præstat tamen si remittendus est, de alijs, quæ reseruata esse possunt, prius interrogare, ut simul ad omnia facultas obtineatur: sic etiam (si tempus abundè non suppetat) interrogari in initio expedit penitentem de his, quæ impediunt ne possit absolui: ut, an sit in aliquo peccato, quod nō sit paratus relinquere, qualis est usura, concubinatus, odia, uel alia huiusmodi, & de clericis, an habeant incompatibilia, & cum quæ conscientia & titulo, & quando nō habet consurā, & habitum tolerabilem, dimittendi sunt, donec ferant, nisi excusationem habeant legitimam, quæ rarò admodum haberi solet. Et hæc commodè præmittuntur, quia si adhibita persuasione parati non sunt à peccato recedere, tempus conteritur cum his, quod cum alijs utilius expecteretur: si tamen occupationes nō urgerent, piū esset hos audire, si fortè misereretur Deus, eorum cor mutando in confessionis decursu. Licet tamen dimittantur, non progrediendo in confessione, consilio bono iuuandi sunt, ut per bona opera se disponant ad gratiam accipiendam, & peccata euitēt, &c. His ergo præmissis ut oportere



## DIRECTORIUM

24  
tere iudicabit, confessarius dicat pœnitenti, ut quæ cogitauit, & in memoria habet dicat, & quamuis ille malis interrogari, nihilominus exortandus est, ut dicat prius quod meminit: iuuat enim id, licet inordinate & imperfectè faciat.

*De interrogatiōe quæ a suppletur discussio  
insufficiens pœnitentis.*

**Q**uam diu dixerit quisque quod meminit, eum attentè audire oportet, & sine interruptione, nisi fortè uideretur monendus obiter (si erraret in eo) ne nomen personam aliquam, uel ne dicat superflua, & ad rem non pertinentia, uel quid huiusmodi, quod non impediatur cursum confitentis, sed potius dirigat. Postquam uerò dixerit, quod per se dicere potuit, si non uideretur omnia, quæ necessario dicta oportuit, dixisse, tenetur interrogare confessarius.

Proposita ergo benigne spe misericordiae, curet sacerdos pœnitentem animare, ut uerè, integrè, ac liberè respondet ad interrogata, (quod cum pueris, & mulieribus magis est necessarium) ne quid propter uerecundiam taceant, sed nec dicant amplius quam sciunt, imò certa pro certis, dubia pro  
dubijs,

## CONFESS. 25

dubijs, prout ipsi meminerunt, dicant.

Tunc demum discurrat interrogando per præcepta, &c. (prout in interrogatorio patebit) & quidem diligenter, & prudenter ubi opus est: ut quæ peccator ignorat, uel præ uerecundia, uel negligentia tacet, eliciat. Et ordinatè procedere expedit, cum uacat pœnitenti: alioqui si mors, uel phrenesis (ut dictum est) uel linguæ impedimentum timeretur, summus ordo est, non seruare ordinem alium, quam quem discretio dictauerit: sed ferè grauiora, & quibus pœnitens uideretur magis indigere, prius interrogari conuenit. Et quæuis de circumstantiis mutantibus speciem peccati, uel multum aggrauantibus, quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando, interrogare oporteat, duo tamen in omnibus peccatis, præcipuè in ueneris sunt caueda. Alterum, ne ita explicite interroget, quæ communiter non sunt nota, ut doceat pœnitentè, quæ nescit. Ideo a longè procedere oportet, & gradatim à communioribus descendere: quo si non agnoscit pœnitens, nõ est quod de speciebus interroget. Ut qui de cõtactu aliquo inhonesto interrogatus negat, non de hoc, & illo modo, uel

B specie



## DIRECTORIUM

Specie contactus debet interrogari. Alterum est, ne confessor parum sobrie inuestigans circumstantias non necessarias (tales sunt quæ non mutant speciem peccati, uel in infinitum aggrauant) sibi, & penitenti, tentationem excitet. Habita ergo specie peccati in talibus progredi nõ expedit ad alias circumstantias, dicat ipsi si uolüt.

De numero peccatorũ oportet quidem interrogare, sed uidendum, ne subtiliter computando fastidium generetur penitenti, satis enim est, ut plus minus secũdum existimationem suam dicat quisque quoties peccauit.

Plus & minus, & alio atq; alio modo, interrogare oportet pro qualitate personæ, & quemque de his, quæ magis propria sunt ei, animaduerso statu, & officio, & iis, quæ ex dictis ab ipso elici possunt. Et quamuis non debet esse molestus, cum aliqua dicta sunt, in eisdem interrogandis: si tamen quid non bene expressum, magis declarari oporteret, interroget, sed ita ut intelligat penitens non idipsum quod dixit, sed aliquid aliud peti, quod non dixit.

Ut magis innotescat, & melius iuuari possit penitentis conscientia, inter-

## CONFESS. 17

interrogare etiam oportet, num proueniat tentationes, aditum eis præbendo, an resistat: tum de bonis inspirationibus, nõ excludat, an eis obediat, & etiam bona (sicuti & mala) expedit intelligi à confessario, ut ad ea conseruanda, & augenda iuuet.

Demum interrogentur, an aliquid aliud habeant, quod grauet conscientiam, &c. Et ut addant in fine clausulam generalem, id est, de cunctis aliis uitiis & peccatis, &c. dico meã culpã & precor, &c. usque ad finem confessionis generalis.

*De penitente iuuando ad contritionem habendam.*

**D**Um aliquis per se dicit peccata, uel interrogatus, (præsertim si huiusmodi est, ut propter uerecundiam, uel timorem aliquid possit reticere) non debent aggruari peccata, nec reprehensionibus deterrendus est penitens, sed potius compassione & benignitate offensa, animandus, ut cũ fiducia omnia & sincerè dicat. At dictis iã omnibus peccatis, si parũ de eis dolere uideatur, det operã Sacerdos, ut peccator eorũ grauitatem sentiat, in genere ostendendo, q̃ graue: e

B 2 peccatum



peccatum mortale, ex Dei iudiciis in Luciferum, & primos parêtes ob unū peccatum: ex punitione debita cuilibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei, & regnū æternæ beatitudinis quo filii Dei efficiuntur serui Dæmonis, & ad nunquam finiendos inferni cruciatus damnantur, si in eo sine penitentia deceant. Ostendetur etiā uulneris grauitas, ex remedii difficultate: quia ex sanguine CHRISTI filii DEI, & tormentis, & demum ex morte acerbissima, medicina ad id sanandum cōfici debuit. Si qui ad amorem sūt faciliores, ex hoc ultimo, & beneficiis, & bonitate DEI, & sua ingratitude, magis compungi poterunt. De inde descendendo ad aliqua grauiora, ex his quæ dicta sunt, & ad ea quæ magis uidentur penitentes propēs, ex aggeranda & aggrauida sunt, ut magis ea derestentur: terrorem etiam uin dictæ Dei, nisi abstineant, incutere aliquando conuenit. Moneantur certè, quòd dolor de peccatis mortalibus, si per omnes dolores internos esse debet, & ut doleat q̄ non habeat ueram illam contritionem, quam debent.

Reprehensio èt cum ingeniis agrestioribus durior, ne cōtemnāt, est adhibenda

hibenda. Sapientiores, & in dignitate eminentiores, blandè & cum dextertate sunt reprehendendi.

Quantum autem sit opus his uti, discretio, & præcipue unctio superna docebit, sed utcumque curet confessarius ex zelo gloriæ Dei, & salutis animarū, partè bonam pœnitentiæ ferre, ut sentiens qui confitetur quàm ei aliena peccata ex charitatis affectu doleāt, etiam ipse de propriis doleat.

Demum petat ( nisi satis appareat) an doleat de omnibus, & propositiū habeat uitam omnem emendandi, & abstinendi ab omnibus peccatis pro uirili, & satisfaciendi pro commissis, ut oportet. Si ostendit se non paratum ad relinquendum statum peccati, ut concubinam, seu artem illicitam, uel ad satisfaciendum ut in usuris, & alijs, quæ restitutionem exigunt, diligenter quidem conetur, animam proximi sui lucrifacere persuadendo: sed si omnino non possit, ne absoluat; sed hortetur (ut dictum est superius) ad bona agenda, & mala uitanda: & quicquid potest ei prodesse, ut disponat se ad gratiam Dei, & declareat quanto in periculo sit, & quòd non est abolutus.

B 3 Eos,



Eos, qui propositum habent relinquē  
di peccata, consolari oportet: propo-  
si- ra spe uenīæ, & quod Dei misericor-  
dia, & Christi sanguis effusus supple-  
bunt defectum discussionis, & contri-  
tionis, & si qui alii acciderunt in con-  
fessione: dummodo sincerè & int- grè  
dixerit, quicquid in memoria ha-  
buit: qui autem essent deiecti nimis  
sensu peccatorum, uel scrupulis obno-  
xij, diligentius erigendi, exemplis  
diuinæ pietatis, & animandi, & pacifi-  
candi sunt: & si opus est, recipiat ad se  
confessarius, quod Deo respondebit  
p- ipsis: & peccata interdū extenuare  
(quātum licet) cū hmōdi necesse est.

*Quomodo in satisfactione pœnitentiæ iuuetur.*

**H**is transactis, si qua restitutione  
damni, rei, uel famæ, uel bono-  
rum animæ opus est, significetur pœ-  
nitenti: licet tamen dicat se uelle re-  
stituere, uel facere quod debet: si pro-  
babiliter timet confessarius non ex-  
pleturum, insinuare potest, quod com-  
mutationes uel compositiones, pro-  
desse possunt, & quamuis simpliciter  
absoluat, protestetur tamen quod si  
non restituar, uel faciat, quod debet,  
peribit ei fructus cōfessionis. Promis-  
sio uerò specialis, uel iuramentum, ab  
huius-

huiusmodi, qui parum dispositi uiden-  
tur, exigi non debet, nisi in casibus à  
iure ordinatis, de quibus infra.

Postea iniungatur, ante absolutio-  
nem, sacramentalis satisfactio, uel  
pœnitentia. Et est uidendum, ne in  
pœnitentia tertij sit: ut si seruo pe-  
regrinatio, uel ieiunium magnum  
iniungeretur. Nec etiam pro occul-  
to peccato, manifesta pœnitentia da-  
ri debet, ex qua in suspicionem illius  
ueniri possit.

Quod attinet ad magnitudinem sa-  
tisfactionis, præstat errare minorem  
æquo, quàm maiorem imponendo: li-  
cet re uera idem opus in sacramenta-  
li pœnitentia iniunctum, efficacius  
sit, ob clauia uirtutum, quàm si uo-  
luntariè ferretur: imo ea non tam quan-  
titati, aut qualitati criminis (cuius ta-  
men est habenda ratio) quàm personæ  
debet congruere. Nam dispositis ad  
maiorem pœnitentiā admittendam,  
maior potest iniungi infirmis, qui uel  
non admittunt, uel certè uidentur nō  
expleturi grauiorem pœnitentiā,  
eam imponat, quam executuri uide-  
buntur. Concedat etiam posse redime-  
re, ut ieiunia eleemosynis. Quædama  
etiā pœnitentis relinquat arbitrio, ut



### 32 DIRECTORIUM

si dicat hoc facies, uel si malueris, illud. Demum potius unum Pater, uel Aue imponat, quam recedere sinat a fructum, uel desperatum poenitentem, ob poenitentiae grauitatem. Quando tamen exigua iniungetur poenitentia, in dicari posset, quanto maiorem mererentur: si quidem septennis pro quouis mortali in usu erat. 2. 2. q. 1. Si tamen timeretur nimia deiectio, uel diffidentia, non expedit hoc dicere, ac charitatis erit, humaniori adhortatione suadere uoluntariam satisfactionem, significando quod in Purgatorio, aut in hoc mundo, quod reliquum est poenae, luere oportebit. Vtque hoc sit, hortetur, ut in gratia Dei poenitentiam absolueret curet.

Feratur autem intentio iniungentis poenitentiam, uel satisfactionem, ad extirpationem uitiorum: unde, contraria si admittantur, maxime conueniunt, ut eleemosyna contra auaritiam, ieiunium contra luxuriam, audire uerbum Dei contra negligentiam in eo audiendo, oratio ad gratias impetrandas, ut septem Pater, & Aue, ad septem dona & uirtutes, contra septem peccata, quinque ad reformationem quinque sensuum, tres ad reformationem trium potentiarum, uel  
ut

### CONFESS. 33

ut bene se habeat ad Deum, proximum, & seipsum. Confert etiam pro poenitentia aliquando imponere euitationem aliquarum occasionum peccati, & praecutionem causarum eius: ut allocationem huius, ingressum in domum illius, &c. quaedam etiam fortissimè, & latissimè patientia ex remediis, quae est octauo uel decimo quinto quoque die confiteri (si quis admitteret libenter) loco satisfactionis utiliter iniungeretur, quamuis propriè non esset satisfactio. Aduerendum est etiam, quod ijs maximè, qui recidere solent, iniungere poenitentiam expedit operum, quae manent: ut eleemosinae. Sunt enim qui dubitant de non manentibus (qualis est oratio) an etiam post resipiscentiam ualeant ijs, qui in mortali exoluerunt. Haecenus de secunda confessoris cura, quae uersatur circa materiam huius Sacramenti, id est, actus poenitentis, & maxime accommodato sermone illis, qui auxilio indigent maiori, ut qui raro, & non bene confitentur.

*Quomodo cum alijs, qui minori egent auxilio, se habeat confessarius.*

**A**T sunt aliqui qui saepius, & rectè  
confitentur, ac noti sunt. His sa-  
tis est





tis est audita eorum confessione, poenitentiam iniungere: nisi remediū aliquod, ad aliquos defectus, aut consolatione, aut exhortatio aliqua, uel instructio adhibenda uideatur.

Alij sunt, qui sapius quidem confitentur, sed minus rectè, & hi ea in parte iuuandi sunt, in qua non bene procedunt. Si enim conscientiam suā non uidentur bene discussisse, uel rectè peccata non exprimunt, interrogatione iuuandi sunt iuxta breue interrogatorium, quod subdetur. Si dolor deesse, uel propositum firmum abstinendi, uel satisfaciendi, uel alia ad confessionem necessaria uidebuntur, ex superius dictis, quæ ad hæc inducunt, adhiberi poterunt, quæ discretio confessarii iuxta personæ, & temporis circumstantias adhibenda censuerit.

Qui rarius confitentur, sed rectè ac diligenter se discussisse uidentur, non est, quod interrogationibus molestantur, nisi aliquid omisisse, aut obscurius dixisse, aut ad emendationem uitæ, uel profectum spiritualem quid intelligi oportere uideatur: tunc. n. quod satis ad hoc fuerit, non amplius interrogare oportet. Sic etiam qui dolorem sufficientem, & propositum abstinendi à

nendi à peccatis suis præ se tulerint, eaq; confitendo satis aggrauauerint, non est quod multis, confessarius ad dolorem exciter, & ad detestationem, & euitationem eorum exhortetur: sed potius his breuiter tactis, quasi approbando quod merito ipse sentit de suis peccatis (quibusdam præcipuè grauioribus) uenientis spe confirmata, & si opus fuerit consolatione adhibita, ad consilia in futurū, & remedia se conferat. Quod si aliquo modo, sed non sufficienter detestari uideretur sua peccata, nec tam firmum propositū abstinendi, quàm par esset, ostenderent: ex his quæ inferius sequetur habita ratione personarū iuuandi erūt. Iam sequitur de absolutione, quæ huius Sacramenti forma est: quia tamen in ordine executionis, præcedunt quæ ad finem Sacramenti conferunt, de his prius dicitur.

### CAPVT TERTIVM DE

fine huius Sacramenti.

**T**riplex huius Sacramenti fructus est. Primus, reconciliari Deo per remissionem peccatorū, huic coniūgiū pax & consolatio spiritualis.



spiritualis. Alter, uita emendatio in futurum. Tertius, augmentum gratiæ & uirtutum. Primum (qui huius Sacramenti proprius effectus & finis est) assequitur pœnitens per actus iam dictos, contritionis, confessionis & satisfactionis, adhibita absolutione, quæ per uirtutem sanguinis Christi, ipsorum complet imperfectionem. Ad secundum & tertium disponitur, & iuuatur plurimum per confessarii cõsilia, instructionem, & exhortationem: quæ tamen accommodari debent ad captû confitentis.

*Quomodo inuetur pœnitens à confessario ad emendationem uite.*

**A**d emendationem ergo uite, caret pœnitentem armari, cõtra defectus suos, firma uoluntate, & sepè renouata, non offendendi Dei, ac ei uerè seruiendi, & prõpitudine occurrèdi prauis cogitationibus undè reliqua mala oriuntur. Quod fiet, reprehendèdo seipsum, Deum præsentem recordando, recurrendo ad Angelum custodè, ad sanctos, & præcipuè ad Christum crucifixum, & matrem circa crucem (in quibus uidebit, quam teneatur resistere peccatis illis, quæ sic in seipso punit Christus) dicendo aliquè oppor

opportunum uersiculum, aut uerbum; ut Deus in adiutorium meum intende: Cor mundum crea in me Deus: Iesus, Maria, & c. Iuuat etiam memoria beneficiorum Dei, & pœnarum, quibus peccator sit obnoxius, & mortis, cuius aduentus hora tam est incerta: & iudicij Dei, qui testis & pars futurus est. Iuuat, si peccatum aliquod accideret, statim pœnitere, & aliquam si bi pœnam propter id infligere, & suo tempore confiteri proponere: alioquin unû peccatû, suo pondere in aliud peffundaret. Iuuat elemosina, bona societates, & euitatio prauæ. Tria præcipuè ferè omnib. possent salubriter pponi.

Primum est manè se totos offerre Deo cum memoria Iesu Christi oblatis pro nobis in cruce, petendo gratiã, ne eo die nos labi sinat, præcipuè in ea peccata, ad quæ sumus procliuiores, dicendo Pater & Aue, & Credo, & c.

Secundum est aliquantum temporis quietè se colligendo (quod noctu antè somnum opportunè fieri solet) examinare seipsum, quotidie considerando beneficia accepta à Deo, & mala reddita: petendo ueniam, & proponendo emendationem, dicendo etiam Pater, & Aue, & Credo, Salue, & (si pla-



placet) Qui habitat.  
Tertium crebro confiteri sacramentaliter, quod multorum remediorum instar est, & alia pleraque complectitur. Ex his, quæ proponi debeant pœnitenti discretio confessorii distabit. Quædam autem, quæ uidentur magis oportuna, magis inculcanda sunt, ut in memoria retineantur. Et si pœnitentia uoluntatis ad consilium capiendum in aliquo cerneretur, sed obliuio timeretur, dici posset, ut scriberet, uel rediret tempore magis uacuo, ut id dictatum acciperet.

Simplicioribus, pauca & faciliora ad intelligendum, retinendum, & exercendum proponantur. Ut manè, ter dicere Pater & Aue contra malas cogitationes, uerba, & opera, & semel Symbolum Apostolorum. Quod si ne sciunt, reprehendendi sunt, & exhortandi, ut discant. Noctu toridem aut plura, gratias agendo de beneficiis, & petendo ueniam & custodiam, propofita emendatione. Et monendi sunt ne in corde consentiant malis cogitationibus, & etiam ut crebro confiteantur.

Quia tamen ferè accidit, ut peccata multa unam, uel certè paucas habeant

beât radices diligenter ex effectibus obseruet eas confessorius, & securim admoueat propriorû remediorû (de quibus infra) & excitet maximè pœnitentè ad consiliû cû uno uel duobus defectibus, (ex quibus ferè alii ducunt originem) per renouationem propofiti, & examen particulare quotidianû ad eum applicatum, & alia remedia, quæ magno & perseveranti animo sunt exercenda.

Contra reciduum, narrat Gerson Cæcellarius, in secûda parte, tract. de remedijs contra reciduum, hoc remedio usum fuisse doctorem quædam, ut scilicet, quinque ad repus iningeret habito consensu. Primum, ut quando cûque accideret tale peccatû, ille cui accidit teneretur ieiunare die sequenti in pane & aqua. Secundû, ut certum numerum Psalmorum diceret. Tertiu, ut aliquid sibi charum, uel certè pecuniam daret, iuxta facultatem. Quartû, ut teneretur intra triduum post peccatum confiteri. Imminētis enim huius pœnitentiæ timor, fragilem uoluntatē iuuare posset, & à peccato retardare. Quintum erat, ut licet succubens tentationi, consentiret peccato, aliquas orationes tamè prius diceret genibus flexis,



## DIRECTORIUM

flexis, si forte misereretur Deus. Ille idem Doctor in grauibus, primo in lapsu, tolerabilem iniungebat penitentiam: sed in memoriam habitę gratię, aliquid leue, ut Pater & Aue, uel aliquid simile, quod quotidie diceret, iniungebat, ita ut posset reficere quouis die, quę alio omisisset.

A pueris etiã exiubat promissionem suis in manibus, ut cauerent à quibusdam, prohibens serio ne alijs fierent prima occasio peccati, & ne trāsirent in speciem grauiorem, & suadēs ne fugerent bonos confesarios, piam eouersationem, & lectionem, &c.

*Quomodo inuenit penitens à Confesario ad gratię augmentum.*

**T**ertius Sacramenti huius fructus, ac finis est augmentum gratię & uirtutum: ad quod disponit confessarius instruendo, & exhortando.

Primò ad bonum usum gratię acceptę, tuendo sollicitè omnimodam puritatem, insitendo bonis operibus pro talenti accepti ratione, & ijs præcipuę, quę charitate in Deum & proximum commendantur: gratum etiam se exhibēdo bonorum omnium auctori, per memoriam beneficiorum, & gratiarum actionem, & laudem.

Secundò

## CONFESSIO 41

Secundò ut se idoneos, & quasi uasa capacia ad nouam gratiam percipiendam constituant. Rectitudine intentionis, qua omnia bona, & perfectionem ipsam suam, non propter se tantum optent, sed ad proximorum auxilium, & Dei honorem referant. Latitudine desiderij uehemētis, continendi, unici, insatiabilis, efficacis ad utendū mediis omnibus quę ad gratię incrementum disponunt. Profunditate humilitatis semper quod sibi deest in tuendo, sibi omnino diffidendo, & omnem amorem proprium abnegando.

Tertiò, ut ea instrumenta bene exerceant, quibus aquam gratię, intellectus & affectus nolter haurire solet: talia sunt lectio, auditio uerbi Dei, meditatio, oratio (maximè mentalis), & usus Sacramentorum confessionis, & communionis.

Quartò, fontes ipsi, unde haurire gratiam oportet, ostendendi sunt penitentibus, ac primò quidem excitanda est eorū deuotio ad angelos, & sanctos, præcipuè ad matrem gratię Marię: deinde exortandi omnes sunt, ad querendas & implorandas orationes seruorū Dei qui adhuc uiuunt, & ut bonorū operū ipsorū participes fieri studeant.

Sed



Sed quia uberior est secundus fons Christi mediatoris, admonendi sunt, ut ab eo frequentissime hauriant, ipsam intuendo ut uirtutū exemplar, ut qui nobis promeruit, ut qui uult, & potest augere gratiam omnē, imò ad id inuitat, dicendo perfecti estote, &c.

Vberimus uerò omnium est tertius fons, un̄ ad alios aqua gratiæ deriuatur, s. Diuina opulētia, bonitas, amor, & cætera, quæ sp̄e excitant in Deum.

Quia tamen ( ut sæpè monere oportet ) nō oēs omnium capaces sunt, prudens cōfessarius uideat, ut proportio nata cuiusque dispositioni, uel captui proponat, ad gratiæ augmentum.

Et quidem modo prædicto in quouis statu fideles iuari possunt. Tam li- cet dubium non sit, quin status confessorū sit aptior ad gratiæ augmentū, quàm præceptorum, ( unde dicitur status perfectionis ) in iis qui ad eum uocantur. Non tamen expedit penitētes statim ad id stimulare, ne idoneos quidem: quia multi eò magis refugiunt, quò magis sibi persuaderi id sentiūt.

Securum est tamen huiusmodi homines ad perfectiora, & saluti uiciniora ( ut paulo ante dictum est ) trahere: & cum dexteritate de inspirationibus

Dei in-

Dei interrogare, circa perfectiorem statum uicæ assumendum: & si sentiūt in se aliquas, ne surdi sint ad uocationē Dñi: si uerò nō, ut se paratos offerāt Deo ad oia, quæ ipsi gratissima futura sint: & si cōmodè fieri posset, ad exercitia spiritualia essent inducēdi: uel prout essent dispositi ad optima quæque impellēdi. Si tñ animaduertat Sacerdos contentem sic dispositum, ut expedire iudicet, ad cōsiliū uiam eum inducere: occasione elabi de manibus non sinat: uel ad colloquium extra confessionem inuitet. Et hæc de fine Sacramēti cōfessionis dicta sint. Iam de absolutione pauca, & extremo tandem loco dicere oportebit.

#### CAPVT QVARTVM DE confessarii cura circa ab- solutionem.

**I**uxta Concilium Florentinū, forma absolutionis ( ut dictum est ) consistit in his uerbis: Ego te absoluo, uel ( quod idem est ) te absoluo. Reliqua sunt de decencia, tam impositio manus super caput, quàm uerba ante, & post absolutionem usitata, sed omitti non debent.

In



In reconciliationibus breuibus factis est dicere: Dominus noster Iesus Christus, qui est summus Pōtīfex, te absoluat: & ego auctoritate ipsius, mihi licet indignissimo concessa, absoluo te, imprimis à uinculo excommunicationis in quantum possum, & indiges: Deinde ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & filii, & spiritus sancti, Amen.

In confessionibus plenioribus: postquam dixerit pœnitens, Ideo precor beatissimam Virginem Mariam, &c. & te patrem orare pro me, & peto absolutionem, & pœnitentiã: dictis quæ dicenda iudicauerit, & inuicta pœnitentia, Sacerdos dicet. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimisis peccatis tuis perducet te ad uitam æternam. Deinde manum super caput pœnitentis eleuans dicit: Dominus noster, usque eo: Te absoluo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Deinde manum remouens subdit. Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita beatæ Mariæ semper uirginis, & omnium Sanctorum, quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium uitæ æternæ,

æternæ, Amen.

Non est addenda ulla conditio de futuro in absolutione, qualis esset, si restitueris, uel si pœnitentiam egeris, ego te absoluo. Credere enim oportet pœnitenti, qui dicit se id uelle, sed posset dicere qui dubitat an dederit absolutionem: si non es abolutus, ego te absoluo. Non enim bis eadem in confessione debet de eisdem dari absolutio, licet possit reiterari, quoties quis confitetur.

Præterea quâuis nō constet quod incurrit, debet ad cautelam præmitti absolutio excommunicationis, &c. absolutioni peccatorum. Quod si etiã in irregularitatem quis incidit, aut in cidisse dubitatur (super qua confessarius habet auctoritatē dispensandi) sic dicere potest: Absoluo te in primis à uinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum & indiges, & dispenso tecum super irregularitate, si quam incurristi, uel quam incurristi, propter hoc illud, & habilito te ad actus legitimos: deinde te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti: Amen.

✕ Illis qui ob ius tertii uiolatum, uel  
propter



propter notoriam offensam excommunicati sunt, criminosis etiam hominibus, ut incendiariis, mutilantibus, manifestis raptoribus, uel uiolatoribus ecclesiarum, manifestis usurarijs, & sacrilegis, non debet absolutio dari, nisi si satisfaciant parti, uel dent cautionem pignoratitiam, uel fideiussoriam: hoc si præstare nequeant, iurent saltem, se cum primum possint satisfacturos.

In magnis autem criminibus, qualia sunt eorum, qui excommunicantur ob offensam notoriam & incediariorum, etiam peti debet iuramentum de non committendis ijs, propter quæ incurrun t excommunicationem, & de stando mandatis Ecclesiæ.

Si quis fuerit per iudicem excommunicatus, & denunciatus: remittendus est ad eum, ut absolua tur in foro exteriori, quamuis in foro conscientie, possit absolui per aliquem habentem facultates Societatis Iesu, aut similes, cum satisfactione uel consensu patris: quod si pars contradicat, qui paratus est facere, quod in ipso est, absolui potest in hoc foro conscientie.

Cum necessitas extrema urget, id est, cum mors ferè solet accidere: qui uis Sacerdos ab omnibus peccatis, & censuris

censuris potest quemuis absoluerè, sed si periculum euaserit penitens, præsentare se debet ei, qui superior est, non tamen iterare confessionem.

In excommunicationibus publicis, cum solènis danda est absolutio, seruari debent, quæ de ea dicuntur. Mortui etiam absolui possunt ab excommunicatione, quod ualeat, ut quis sepeliatur in loco sacro, & pro eo orationes fiant, &c.

Et hæc de absolutione, quæ forma & complementum est huius Sacramenti sufficient.

INTER



CONFESS.  
IN APPENDICES DI  
rectorij Præfatio.



**C**V M superius,  
de discussione  
pœnitentis, ac  
deinde, de uite  
emédatione iu  
uanda, agere-  
tur: de interrogatorio, & de pro  
prijs remedijs peccatorum, ali-  
quid promissum est, quod iâ præ  
stare oportebit. Et quia inter ea,  
quæ ad satisfactionem pertinent,  
uel in primis restitutio necessa-  
ria est, quædam etiam de illa,  
ut memoriæ minus exercitato-  
rum consulatur, adijciemus. Po-  
stremò de uinculis, uel censuris  
ecclesiasticis, excommunicatio-  
nis, suspensionis, & interdicti,  
ac nota irregularitatis, quod  
confessario satis esse uidebitur,  
breuiter perstringemus.

INTER-

CONFESS. 49

INTERROGATORIVM.

**D**Vplex subditur interrogatorium:  
alterum est paulò fufius, ad eo-  
rum præcipuè confessiones accommo-  
datum, qui opera confessarii magis  
egent, ut cognoscant, uel redigant in  
memoriam sua peccata. Et quia con-  
nexa sunt ualde, quæ in octauo, nono  
& decimo præcepto præcipiuntur, cū  
iis, quæ in quinto, sexto, & septimo, ad  
septem prima præcepta, interrogatoriū  
restringitur ( ad quæ bona ex parte  
etiam reliqua peccata reducuntur )  
causa breuitatis, & ordinis: ut primo  
de cogitationibus, secundo de uerbis,  
tertio de operibus, quarto de omisso-  
nibus interrogatio fiat circa præcepta.  
Quia tamen aliqua ex septem pecca-  
tis capitalibus non uidebantur tam fa-  
cile ad septem præcepta reduci, corū  
tria seorsum tractantur. Quædam de-  
inde, ad certos status hominum ac-  
commodata, subduntur.

*Circa primum præceptum, Dominum Deum  
tuum adorabis, & illi soli seruias.*

*Circa cogitationes.*

**P**Rimò interroget de ijs, quæ circa  
fidem accidunt. Vbi peccat, qui

**C** non



## DIRECTORIUM

non credit, ut infidelis, hæreticus, dubius in fide, qui curiosè scrutatur, & disputat de articulis fidei, tanquam qui uelit solùm credere, quod ratione probatur: qui non sentit de Deo & de diuinis piè, ut debet. Deinde de iis quæ contra spem. Hic peccat qui de sperat de consequenda beatitudine, uel medijs ad eam, s. de uenia peccatorum, de emendatione uitæ, & uirtute consequenda, & exercenda in bonis operibus: & uicæ uersa, qui sine poenitentia, ueniam consequi præsumit, uel differt in senectutem, aut mortem emendationem. Demum de iis quæ contra charitatem. Vbi peccat, qui nimium afficitur ad temporalia: qui timore mundano Deum offendere, uel non ei seruire statuit: qui non recta intentione seruit Deo, sed propter præmium, aut timorem, aut laudem humanam: qui horrore quendam habet, aut odium, ad diuina.

Circa uerba.

Progredièdo ad uerba, peccat, qui negauit fidem uerbo, aut signo, quam uis nõ mente: qui blasphemauit Deum, uel sanctos: aut cum iniuria, membra eorum indecenter nominauit: qui falsum aliquid inseruit in cultu Ecclesiastico,

## CONFESSIO 55

astico, uel ei adiunxit turpes cantilenas, uerbo uel organo: qui inuocauit Dæmones explicitè, uel implicitè, uel habuit pactum aut familiaritatem cum eis: qui murmurat contra Deum, quia non concedit, quæ uellet, ut sanitatem, &c. quasi non iustè, uel quasi crudeliter cum ipso agat.

Circa opera.

Qui adorauit aliud, quàm Deum, latria. Huc pertinet si ad Iudaorum, uel infidelium ceremonias rediit: si fecit incantationes, aut diuinationes superstitiosè, per astra, somnia, auguria, uel fortes: si habet secum scriptas orationes superstitiosas, quod aduertitur ex characteribus, & obseruatione uaria numerorum, & temporum, & huiusmodi: qui Deum tentauit, miracula experendo, cum non sunt necessaria, neglecto presidio secundarum causarum, quibus iuari possit: qui malè & ingratiè utitur donis Dei, Deum offendendo.

Circa omissiones.

Qui timore oblocutorum, & cetera, omittit debitum Dei cultum: qui non orat, nec alia facit, ad honorem Dei necessaria: qui nescit necessaria ad salutem, & profectum: ut decem  
C 2 præcepta



## DIRECTORIVM.

præcepta legis, quinque Ecclesiæ, Credo & pater, &c.

*Circa secundum præceptum, Non assumes nomen domini Dei tui in uanum.*

*Circa uerba.*

**P**recat, qui in iuramento assertorib per Deum, Sanctos, fidem, &c. sciēter affirmat falsum: uel dubicans an sit falsum: certē nesciens esse uerū, quod iurat: qui in promissorio, iurat, non intendens seruare: qui iurauit facere, quod peccatum est: uel non facere, quod bonum: qui iurauit temerē, irreuerenter, per iocum, & demum sine causa, qui uouit rem illicitam, uel licitam, sed propter malum finem.

*Circa omisiones.*

Qui quod iuramento promisit, sua culpa non adimpleuit, qui non satisfecit uoto, cui tenetur.

*Circa tertium præceptum, Memento ut diem Sabbati sanctifices, sub quo serē præcepta Ecclesiæ.*

*Circa opera.*

**P**reterquam quod omne peccatū, in festis commissum, grauius efficitur: contra hoc præceptum propriè peccat, si uiolauit festa, per opera seruilia, uel prohibita ab Ecclesia, uel id fieri mandauit: si consumit festum in

uanis:

## CONFESIO 53

uanis: si sacramenta malè percepta, uel administrauit, scilicet in peccato mortali, uel in excommunicatione: si abusus est sacramentis, uel rebus sacramentalibus: si excommunicatus ingressit se Diuinis: si cum excommunicatis participauit extra casus concessos: si suspensus, aut irregularis, aut interdictus, ingressit se prohibitis: si uiolauit Ecclesiam, uel cœmeterium, semine, uel sanguine: si immunitatem loci Ecclesiastici, per sacrilegium uel uiolentiam aliquem inde extrahendo, uel prohibita ibi exercendo, & demum irreuerenter se habendo: si fecit iniuriam reliquiis, uel imaginibus sanctorum, uel irreuerenter sese habuit ad res sacras: si percussit, aut uim intulit, uel uestigalia, & prohibita exegit à personis ecclesiasticis: si peccatum carnis, post uotum castitatis, uel ordinem sacrum, commisit.

*Circa omisiones.*

Si Sacrificium missæ sine rationabili causa omisit, uel irreuerenter audiuit, cōfabulando, aut aliquid nō honestè agendo. Si non ieiunauit, cum teneatur, aut cibis ueticis usus est: si decimas debitas nō soluit: si sacramētum cōfirmationis neglexit pro se aut pro

C 3 suis:



DIRECTORIUM

suis: si non est confessus debito tempore & modo, præcipue si in ijs deficiat, propter quæ est iteranda confessio: si non communicauit, aut non bene, id est, in peccato mortali, uel non ieiunus: si neglexit ire ad prædicationes: si non dixit officium ad quod tenebatur, & quando tenebatur, uel uagabatur mente ex proposito illud dicens, uel sic occupabat se, ut non posset attendere, uel non expressit in regre dictiones.

*Circa quartum præceptum, Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut se longæuis super terram.*

Circa cogitationes.

Primo qui parentum mortem aut superiorum oprat, ob hereditatem, uel quamuis aliam causam, qui nimio amore ad parentes afficitur, qui impatiens est, & indignabundus, uel irreuerens cum eis.

Circa uerba.

Qui duris uerbis eos offendunt præsentibus, uel eis detrahunt absentibus.

Circa opera.

Qui eosdem parentes, & superiores, aut coniungem, aut liberos, aut familiam

CONFESSIO 55

miliam malè tractauit, qui malè subditis imperat, & eos malè gubernat.

Circa omisiones.

Qui parentes non honorauit, uel eis non subuenit in necessitatibus: qui eorum consolationem negligunt uiuentium, & mortuorum suffragia: uel non explent ultimam eorum, à quibus hæredes relinquuntur, uoluntatem in testamentis expressam: similiter de iunctis sanguine, patria, ac beneuolis: qui prælati, principibus, dominis temporalibus, & in dignitate constitutis, non præstant obseruantiam, & subiectionem quam debent: qui ex contemptu, uel in rebus maioris momenti non obediunt quibus debent: si statutis, & legibus, quibus subiacebat non obtemperauit, imò rebellis fuit. Hic de ingratitude, contemnendo, uel non agnoscendo, uel obliuiscendo beneficium, uel benefactorem, non habendo animum retribuendi, uel reddendo malum pro bono. Qui non tolerauit infirmitatem proximorum. Hic & de inhumanitate in pauperes, si habens superflua ad decentiam status, non subleuauit eorum inopiam, uel si constitutis in extrema necessitate non sub-



uenit, si superflua ad necessitatem natura, licet non ad decentiam status, ei suppetebant.

*Circa quintum præceptum, Non occider, sub quo octauum, quibus nocumentum in personam & famam proximi prohibetur.*

*Circa cogitationes.*

**I**nterroget primò de odio, quo mortem, uulnera, infamiam, &c. aliorum desiderauit: deinde de ira & impatientia, qua mouetur erga alios, optando uindictam, &c. de inuidia, qua gaudet de malo alterius, dolet de bono, egrè fert aliorum laudem: de uoluntate mala quacunque ex causa, qua deliberatè aliorum malum, in anima, corpore, uel honore uoluit, &c. de iudicio temerario quo damnat facta uel dicta, uel animum alterius, & de suspicionibus sine ratione, & de interpretatione peiorem in partè: de ira in se ipsum, & suæ mortis desiderio, ex mala causa. De uerbis.

**P**rogrediendo ulterius, interroga de uerbis ad malum proximi tendentibus, ut de consilio uel exhortatione ad malum aliquod inferendum proximis. De mendacijs in iudicio, tã testis si falsum testimoniũ dixit, q̃ accusa-

cusatoris, si calumniatus est, uel iudicis, rei, aduocati, procuratoris, si mentiti sunt in aliquo, loquendo, uel tacèdo uerum, uel sophistice non ad mentè iudicis dicendo. De mendacijs èt extra iudicium, in damnũ animæ uel corporis, uel famæ, quæ pernitiõsa dicuntur. Hic de detractiõne aliorum, dicendo uel audièdo libenter falsa, omnino, uel ex parte, uel sine necessitate: præcipuè si cum intèrione infamæ inferendæ, uel si res grauissimè asseruntur. Præterea de contumelia, litibus, irrisiõnibus, maledictiõnibus uel malis imprecationibus, & susurratiõnibus, quibus odium uel inimicitia huius in illum excitatur, uel aliter de clamore, exprobratione defectuum, minis. Adde his, aliquem laudare de opere, quod peccatum est, uel id approbare, quod adulatorum est. Adde detractiõnem sui nocendo famæ propriæ.

*Circa opera.*

**P**ete de occisione, uulnere, percussione, uinculis, tormentis, exilio contra iusticiam: si tenuit infantem in lecto cum periculo suffocatiõnis: si procurauit sterilitatè, uel abortũ ante uiuificatũ fœtũ, uel post: si conciliauit, uel fouet inimicitias: si fecit uel iuit



58 DIRECTORIVM

ad bellum iniustum, scienter, uel ad id de cuius equitate non constabat, sua sponte non adactus superioris mandato excusante. Hic de simultatibus, rixis, seditionibus. Præterea de punitione infantis, grauius aut leuius quàm meretur, uel malo animo, uel contra legum dispositionem. Huc reducitur peccatum quo quis exemplo præber scandalum, comitatur, uel iuuat alios ad mala, bonorum mores corrumpit, trahendo ad dissolutionem, uel impediendo eorum bona, reuocando ab his quæ sunt pietatis, per irrisiones, quique doctrinam peruersam docet, & demum qui ad quoduis peccatum alios inducit, & etiam quo quis sibi mortem accelerat, per crapulam, aut alia illicita, aut percutit seipsum ex ira, aut facit contra conscientiam, quod putat uel de quo dabitur, quod sit peccatum, aut se peccandi periculis exponit.

Circa omisiones.

Cum non adiuuant aliquem in periculis animæ, aut corporis si possunt, cum non defendunt famam proximi iniuste diffamati, cum nolunt reconciliari his quos offenderunt, ueniam petendo, uel poscentibus ueniam condonare, recusant, & remittere offensionem, imò subtrahunt

CONFESS. 59

subtrahunt communia beneficia, cum delinquentes non admonent, & corripunt ut oportet, si eis ex officio incumbit. Circa sextum præceptum, Non machaberis, ad quod refertur nenum, Non concupisces uxorem proximi tui.

Circa cogitationes.

DE cogitationibus ueneriorum, & desiderijs morosis, præcipue si cum deliberatione, in omnibus modis libidinis mox attingendis.

Circa uerba.

De progressu eorum ad uerba inhonestè dicta, uel audita, ad hunc finem, uel quouis modo. Hic de literis aut nuncijs, &c.

Circa opera.

Demum de opere, ut de aspectibus inhonestis, nutibus, munusculis, ornatu, ad malum finem placendi ordinato, de actibus ipsius inhonestis, ut osculis, tactibus impudicis, de quibus agens cum coniungatis illud duxat inquire, an his tactibus. periculo pollutionis se exposuerint: ceteros admonebis mortale in eis peccatum admitti. Demum inquire de peccato carnis consumato, cum solitis, uel coniungatis, uel consanguineis, & affinis, uel uirginibus, uel consecratis ordine, aut uoto, uel contra naturam



60 DIRECTORIVM.

turæ ordinem per molliciem in seip-  
so, uel per nefanda peccata cum alijs.

Circa omisiones.

Omisione uero peccatur nõ reddē  
do debitum coniugi, se non armando  
contra tētationes carnis, nec occasio-  
nes remouendo eius peccati.

*Circa septimum præceptum, Non furaberis  
cui adiungitur decimum, Non  
concupisces rem proximi.*

Circa cogitationes.

**A**ffectus habendi insatiabilis, soli-  
citus iniqua in æquirendis re-  
bus temporalibus cupiditas bonorum  
ecclesiasticorum uel aliorum etiam  
per uias nõ licitas, uoluntas inordina-  
ta accipiendi, uel retinendi aliena.

Circa uerba.

Hinc fit progressus ad uerba, & pec-  
catur per mēdacia in iudicio, & extra  
ad damnum proximi in rebus perti-  
nentia, & per quæuis alia uerba, quæ  
ad hoc faciunt.

Circa opera.

Si furatus est, & quantum: si iniuste  
acquisiuit, ut per simoniã, uel ex nau-  
fragio, uel per fraudem in emēdo uel  
uendendo, circa rem aut eius substan-  
tiam, aut qualitatem, aut quãtitaratem,  
aut precium: si contractus usurarios, uel  
socie-

CONFESS. 61

societates & cambia non iuste, exer-  
cuit: si rapuit per uim aliena, uel sua à  
quieto possessore: si usus est adulteri-  
na moneta, licet ab alijs deceptus: si  
inuenta non restituit quæ non haben-  
tur p̄ derelictis: si fraude in lusu usus  
est, aut tantum lucri causa lusit: si dam-  
num intulit rebus proximi: si usurpa-  
uit bonum commune: si imposuit, uel  
exegit uestigialia indebite: si alijs ope-  
ram suam locando fideliter non ope-  
ratur: si ut egenus mendicauit, cum nõ  
egeret. Adde profusionem, uel prodigal-  
itatem, quæ extremum alterum, auar-  
itiæ contrarium est.

Circa omisiones.

Hic de tenacitate, thesaurizando  
quod alijs communicatum oportuit,  
ut si possideatur potius quã possideat  
bona, & si non restituat quæ debet.

De superbia.

Circa cogitationes.

**P**eccat qui exultauit bonum quod  
habet, ex se habere, uel à Deo qui  
dem, sed propriis meritis: uel qui arro-  
gat sibi quod non habet, aut amplius  
quam habet: si alijs despectis singula-  
ris uoluit apparere: si ægrè tulit repre-  
hensionem, nec fateri uoluit culpam.  
Adde præsumptionem, obstinationem,  
impæ-



impenitentiam, aliorum contemptu, curiositatem in addiscendis quae non oportet: nolle subicere suum iudicium superiori: nimis efferti prosperis, nimis uirtuti suae confidere, ac proinde pericula peccandi non timere.

Circa uerba.

Si pertinax, si impugnator ueritatis fuit, si gloriatur non ut oportet, praecipue de peccato, si defendit suos errores, uel excusat: adde iactantiam.

Circa opera.

De ambitione, quaerendo honores & praelationes, &c. Usurpando in locis uel sedibus honorem qui non ei conuenit, excedendo in uestimentis, aut comitatu.

Circa omissiones.

Gratias agere de beneficiis contemnendo.

De gula.

Si solliciti sunt de preparatione, si sante tempus, si crebro, si auide, si multum, si nimia cum uoluptate comedant, aut bibant.

De accidia.

Circa cogitationes.

Fastidium bonorum operum, deiectio animi ex aduersis, paruipendere in se dona Dei, cogitationes uagae, otiosae,

otiosae, praecipue in orando, radium praesentis uitae non ex piis, causis, sed quod non succedant ex uoto omnia, nolle natum esse.

Circa uerba.

De multis otiose dictis.

Circa opera.

Ob tempus male contritum, uagis discursibus, ludis, & otio.

Circa omissionem.

Ob pusillanimitatem, qua ex animi deiectione suam salutem, & media ad eam negligunt, qua malunt in miseria manere, quam laborare, qua se retrahunt a magnis operibus, quibus pares sunt, qua famam bonam sibi ereptam recuperare negligunt. Huc pertinet procrastinatio, & tarditas in choandi emendationem, & bona operum: desistere a propositis bonis: non excutere tentationes, &c. De aliis capitalibus factis dictum est in praecipris.



64

## DIRECTORIUM.

## INTERROGATORIUM

*brevius in carne reductum.*

Circa primum præceptum.

**C**Orde vel ore negans, errore aut schismate ductus,  
Anceps, blasphemus, qui tentat, qui male cultor.

Quemque superstitio grauat, aut cum demone pacta.

Desperans, male confidens mundiq; timore  
Recta sincens, propria ignorans præcepta salutis,

Terrenis hærens nimis, ac diuina perosus,  
Circa secundum præceptum.

Qui uiolat promissa Deo, quique asserit auidax,

Iurando falsa, aut temere, quique improba nouit.

Iurauitque, alios nec ad id traxisse uereatur.

Circa tertium præceptum, sub quo præcepta ecclesiæ.

Quicquam operor uetium, missam, & ieiunia linquo.

Non per soluo preces, uetitis me immisceo sacris.

Cum teneor non accedo, loca polluo sacra,  
Sacratas uiolo res, perfonasque profanus.

Circa quartum præceptum.

**N**On ueneror, non morigeror, non adiuuo patrem.

Coniunctio

## CONFESS. 65

Coniunctosue pius, foueo aut humanus egenos.

Cui teneor parere, & quæ obseruare recusos,  
Priusque bonis se se ingratus coram reddo.

Circa quintum præceptum, sub quo & octauum complectitur.

Ex odio mortem, uel corporis infero damnata.  
Quaro inimicitias, pugnas, iniustaq; bella,

Inuido, accuso false, male detraho famæ,  
Vindictam iratus meditor, conuicia, rixas.

Ad peccata alium in ducio, me sponte periculis  
Offero, me cædo impatiens, mortemue peropto.

Circa sextum præceptum, sub quo nonum.

Extra coniungium Venere qui cedit iniquæ,  
Alterius uiolare horum qui mente paratus,

Qui loquitur lasciuia, animo qui turpia uersat,

Per uisus, nutus, tactus, male cedit adulter  
Ad scelus, incestum admittit cum sanguine iuncta,

Cunque intacta uiro stuprum, Christoque dicatam

Sacrilegus uiolat, scelera his adiuge nefanda,  
Circa septimum præceptum, cui adiungitur decimum.

Rem cupio alterius, damnum fero, fraude, rapina,

Ysurpo, aut teneo, non sum satiabilis, opto,  
Perfas atque nefas ditari: usura, malique

Contractus,



*Contractus, & lucra placet in honesta: pro  
pinqvi  
Mentior in damnum: male ludo, sumque  
profusus.*

## De superbia.

**N**on accepta Deo refero bona: uel mea  
certe

*Ob merita, accepisse reor: sepe arrogo qua  
in me*

*Non sunt: aut certe uideo praecllere cultis,  
Ambitione timēs, uerū impugnare paratus,  
Atque obstinatus propriū defendere sēsūm,  
Nec solitus proprias ulla in re agnoscere cul  
pas.*

*Iudico, cōtemno, derideo resque hominesque,  
Scire uolo, & facere aggredior superantia  
uires,*

*Peccadi haud timeo fretus uirtute pericla.*

## De accidia.

*Non bene ago, sed & acta dolent, me aduer  
sa repente.*

*Deiciunt, & dona Dei mihi tradita temno:  
Virtutisq; labor graui est, magis uita pigriū  
Delectant, refugit mēs ardua: sepe uagatur:  
Spirituale bonum uedet curare remissus.  
Ad bona quae teneor, diuina exhorreo iusta.*

## De gula.

*Sollicitus paro laurinas, & tempus edendi  
Prauenio, uerūis, crebro, cupideq; nimisq;  
Delector: uerū deum omni en defero cultis.*

Le

De alijs capitalibus dictum  
est in praeceptis.

**Q**VAEDAM DE STATIBVS  
uarias, & primo de dominis temporalibus

**P**rimò, de dominio iniuste queſito.  
Secundò, si exigunt collectas, uel  
uestigalia indebita, uel instituta pro  
pter aliquid, quod non sit, ut propter  
securitatem uiarum, quae non sunt se  
cura. Tertio, si danſ officia his, de quibus  
presumitur quod erunt inuitiles,  
uel iniusti. Quarto, si sciunt maleſi  
cia, & possunt prohibere, & non pro  
hibent. Quintò, si nimis grauant sub  
ditos, rerum ac temporum conditio  
ne inspecta. Sextò, si usurpant quae  
sunt communitatis, quae cum fructi  
bus tenentur restituere. Sic de his  
quae sunt particularium uiuorum, uel  
mortuorum. Septimò, si seruitia  
personarum uel iumentorum in debi  
ta exigunt. Octauò, si permittunt  
mala, ut usuras, quas non oportuit.  
Nonò, si parte ius petent, tamen con  
donant offenſam, &c.

## De Episcopis.

**P**rimò, renuere praelaturam iniun  
ctam à superiore per praeceptum,  
si impedimētum uel ipse uel praelatus  
potest remouere, nec requiritur ut  
sciat



68. DIRECTORIVM.

sciat se sufficientem, sed ut non con-  
flet de opposito. Potest tamen petere  
absolutionem ab officio, si uider animas  
committas non proficere suo uel  
ipsum defectu, uel per alium melius  
gubernari. Secundò, gregem deserere  
personaliter, uideat quod subditorum  
salus, exigit pastoris presentiam, licet  
deserat propter commodum tempora-  
le, uel propter periculum personale,  
secus si saluti gregis per alium prouideri  
potest. Tamen, pro commodo ecclesie,  
& personæ propriæ periculo, personaliter  
potest deserere, si non neces-  
sariò exigitur eius presentia: dubitans  
autem de salute animæ subditorum pro-  
pter absentiam suam, tenetur stare: nõ  
sic alii quibus cura non est commissa,  
quando non uident actualiter pericu-  
lum. Tertiò, non querere defectus sub-  
ditorum ut corrigatur, quando fama,  
uel quod mouere meritò debeat, ad  
eius aures uenit. Quartò, dare autho-  
ritatem non Episcopis, in iis quæ pro-  
priè pertinent ad officium episcopale,  
ut ordinare, chrysmare, &c. potest ta-  
men committere, quæ pertinent ad di-  
gnitatem (preter insignia) ut iudicare  
de clericis, & quæ sunt iurisdictionis.  
Quintò, conferre ordines indignis, &  
ecclesia-

M. CONFESS. 69

ecclesiastica beneficia. Sextò, conse-  
crare non uirgines ut uirgines. Septi-  
mò, non residere sine rationabili cau-  
sa. Octauò, si non intresit diuino offi-  
cio saltem dominicis diebus. Nonò,  
si non uisitant, & in uisitatione non in-  
quirunt, & prouident ut debent. Deci-  
mò, si non instituant prædicatores in  
ecclesia cathedrali potentes opere &  
sermone. Vndecimò, si non celebrant  
synodum omni anno, admonendo cle-  
ricos, legendo constitutiones, &c.  
Duodecimò, si non prouideat, de ido-  
neis ministris, uicario, assessore, no-  
tario. Tertiodecimò, si negligent exe-  
cutionem legatorum, ad se deuolutor-  
um. Decimoquartò, si non faciunt chryf-  
ma singulis annis. Decimoquintò, si  
non dispensant redditus suos, & pau-  
peribus, & ecclesiæ, ut debent. Deci-  
mosextò, si negligent ut magistri in-  
stituantur ad docendum opportuna.  
Decimosseptimò, si negligent pascere  
oues sibi creditas. Ex his autem, in his  
quæ sunt mala secundum se, peccatur  
mortaliter: ut conferendo ordines in-  
dignis: in his uerò quæ sunt mala pro-  
pter aliud, id est, mala quæ inde oriū-  
tur, iudicanda sunt tam graua quæ est  
bonum, quo oues priuantur, & malum quod  
sequitur.



## DIRECTORIUM

sequitur. Decimo octauo, permittitur notarium petere salarium ab ordinandis, possit tamē aliquid accipere pro labore, dummodo Episcopus non participet in lucro. Decimonono, continere obseruationem canonum. Vigesimo, per ignorantiam tantam ut decem præcepta, articulos fidei, virtutes, & uicia in generali, & sacramenta nefciat: nam & periurus est, respondendo in ordinatione quod sciat nouum & uetus testamentum. Vigesimo primo, de simonia in ordinibus.

### De peccatis iudicium.

**E**X quinque peccatis contra ius diuinum. Primum, est iudicium iniustum. Secundum, est iudicium temerarium, ex non sufficientibus ad iudicium. Tertium, est usurpatum, quando personam uel opus non subditum iudicat. Quartum, iniusta remissio pœnar, quæ graue peccatum esse solet, licet in pecuniariam cōmutetur. Quintum, negatio, seu dilatio iustitiæ præsertim petiti, & tenetur de expēsis & damnis illorum, quibus negatur uel differtur iustitia. Annexæ peccata sunt innumera, quæ, scilicet, inducunt ad prædicta, ut odium, ambitio, timor mundanus, &c. Circa ius posituum, tot pecca-

## CONFESSIO 71

tot peccata, quot prohibita transgrediuntur, ipsi dicant, & nominatim de acceptione donorum.

### De aduocato & procuratore.

**P**rimo, assumens causam, quam nouit esse iniustam, defendendam, licet caput aliquid iustum prosequatur. Secundo, nolens scrutari an causa sit iusta, uel iniusta. Tertio, prosequi causam, quam intelligit in ipsa tractatione iniustam, licet à principio puta uerit iustam & id tacere clienti. Quarto, non studere ad defendendam causam assumptam. Quinto, instruere clientem, ut dicat falsum, aut dolose. Sexto, exigere ab eo plus quam debet. Septimo, nolle defendere in causa iusta pauperem, cum non appareat alius qui id faciat, si pauper opprimi creditur sine eius auxilio.

### De notariis.

**P**rimo, de periurio. Secundo, de falsis instrumentis. Tertio, de occultatis instrumentis, aut laceratis. Quarto, de facto instrumento illicito, ut usurarum quas norunt, &c.

### De matrimonio iunctis.

**P**rimo, si sine tantum uoluptatis actum matrimoniale exercerent, & modo non conueniente ad generationem,



## DIRECTORIVM.

tionem, præcipuè si extra uas &c. Secundò, si in indispositione menstruorum, uel cum uxor est grauida, si cum periculo abortus, uel grauis damni id fit. Tertiò, si debitum negatur, nisi in periculo uitæ, uel ægritudinis notabilis: uel cum petens, per fornicationem ius amisit. Quartò, si in loco sacro uel publico exercetur. Quintò, uti coniugio ante benedictionem sponsæ. Sextò, si qui petit, uotum habet castitatis simplex. Septimò, si cum uxore adultera publica, uir commiscetur. Octauò, si matrimonium sit clandestinum. Nonò, si nuptiæ fiunt tempore interdicto, quo ad benedictionem, & adductionem sponsæ & celebritatem coniuuij, uel cum superflua uanitate. Decimò, si excommunicatus, uel in mortali, contraxit matrimonium. Vndecimò, si cum personis cõiunctis sanguine, uel affinitate usque ad quartum gradum, uel in alio casu prohibito: sed tantum quare de impedimentis, de quibus est præsumptio. Duodecimò, si non prouidit familiæ de necessarijs. Tertiodecimò, si exacerbauit uerbis uel factis coniugem, aut nimis zelotipus, uel remissus in cura fuit. Quartodecimò, de uxore, si inobediens,

## CONFESS. 73

diens, contentiosa, inculca, negligens in cura domus, si non sequitur domicilium uiri, nisi trahat ad peccatum.

De sacerdotibus, & alijs clericis.

**P**Rimò, si quis accipit ordinem simoniacè, uel à simoniaco Episcopo, uel ante legitimam etatem, uel in peccato mortali, uel excommunicatus, irregularis, aut suspensus erat. Secundò, si iis censuris irretitus, uel in mortali ordinem exequatur. Tertiò, si non portauit tonsuram & habitum. Quartò, si negotia secularia exercuit, ludos choreas, &c. Quintò, si officium ordinis sine debitis ornamentis exercuit.

Sextò, si omisit horas canonicas, uel eas dicendo exercet opera manualia, aut uoluntariè uagatur, aut non integre pronunciat. Septimò, de simonia in sacramentis, uel aliter in beneficijs, &c. Octauò, si omisit debitam materiam, uel formam, uel ritum, in sacramentis: & interrogentur in specie rudiores, an sciant formam Baptismi. Et charistia, & necessariorum sacramentorum. Nonò, si non confessus de mortali celebrauit habens confessarium, uel non dictis matutinis, si non ieiunus, si non communicauit, si tenuit imundos calices, si nõ curat attèti. è, si

**D** non



## DIRECTORIUM.

non bene custodit ne aliquid cadat in terram, si post pollutionem ex causa mortali celebravit, si dixit missam ad maleficia. Vndecimò, si non celebravit saltem in magnis solemnitatibus, uel plures eodem die missas dixit sine licetia. Duodecimò, si absoluit quem non poterat, si reuelauit confessionem, & nimis festinauit in audiendis confessionibus, si non consuluit peritiores in dubiis, si pœnitentiam malè iniunxit, si interrogat quæ non debet. Decimotertio, si prædicat mendacium, uel curiosa, uel iocosa, uel indulgentias indifcretas, uel simoniacè, uel ob gloriam, uel sine licentia. Decimoquarto, si familiaritates habuit cū mulieribus, uel inhonestè eas aspexit. Decimoquinto, in his qui habent redditus ecclesiasticos de mala eorum dispensatione.

### De religiosis.

**P**rimò, de ingressu, si per simoniam. Secundò, de intentione nõ bona, ut non laborandi, &c. quæ rectificari potest. Tertio, si reticuit impedimeta, ut infirmitates &c. Quarto, si habens uotum Religionis arctioris, non habuit dispensationem ante ingressum laxioris. Quintò, si mentiendo, uel reticendo asperitatem inducunt alios ad ingressum,

## CONFESS. 75

gressum, uel auertunt à melioribus. Sextò, de non obseruata castitate, pauertate, uel obedientia superioris, aut constitutionum. Septimò, circa officium, si nõ fecit quod tenebatur. Octa uò, de mala electione Prælati, uel inordinato affectu ad quamuis personam. Nonò, si in uisitatione Prælatorum nõ reuelauit dicenda. Decimò, de ceremoniis principalioribus, ut esu carnium prohibito, &c. Vndecimò, si tempus otio, uel inutilibus operibus mundanis consumpsit. Duodecimò, de dissolutione, murmure, impatientia, negligentia in orando pro aliis, ac se preparando ad sacramenta, &c. Tertio decimò, de amore consanguineorum, & affectu ad temporalia, & locutione de rebus secularibus. Quartodecimò, de dimisso habitu.

### De doctoribus.

**P**rimò, si doctores, qui legunt Physicam, id est, medicinam, uel leges, admittant scienter Religiosos, sacerdotes seculares in dignitate constitutos, clericos qui legunt Theologiam, si monachos sine licentia prælati. Secundò, si habens salariũ uel beneficiũ sufficiens, exigit à discipulis, præcipuè pauperibus, aliquid: oblata potest accipere



## DIRECTORIUM

76 idoneus. Tertio, si magisterium requirit, uel recipit ualde ignorans, uel alios admittit (& in theologis uidetur mortale Antonino) uel querit gradus ad malos fines. Quarto, si docuit publice Theologiam existens in mortali. Quinto, si scientiis prohibitis studuit, uel eas legit. Sexto, si non ad habuit diligentiam, ut discipuli proficerent in moribus & scientia. Septimo, si iuramenta uniuersitatis non impleuit. Octauo, de iactantia, detractioe, inuidia aliorum professorum. Nono, si ab illis scholasticos ad se traxit, aut sectas nutriuit.

De scholasticis.

PRimo, si non obediunt Magistris, in quibus tenentur. Secundo, si rixantur inter se. Tertio, si magistrum minus aptum elegerint ex causa iniusta. Quarto, de dimissis ieiuniis, missa, sacramentis. Quinto, si contendunt contra ueritatem. Sexto, si superbiunt ex scientia. Septimo, si malum finem intendunt. Octauo, si negligentes sunt in studio. Nono, si nimis intendunt libris turpibus.

De mercatoribus & artificibus.

PRimo, de cambiis iniustus. Secundo, de uariis usuræ palliatæ modis, ut si minoris

## CONFESS. 77

minoris emit, propter anticipatum solutionem, uel plus iusto uendit, propter expectationem temporis, uel emit agrum cum pacto de retrouendendo minoris medietate iusti pretii, uel certe minoris multo, quam iustum sit: ita ut non sit ibi uera emptio & ueditio, quæ si esset, iniustus esset, sed non usu rarius contractu. Tertio, si ad infidèles ferrum, uel arma portarunt, sine licentia Papæ. Quarto, de monopolis, si conueniunt cum aliis ne uendant, nisi aliquo pretio maiori quam sit equum. Quinto, si mutuant, sperando utilitatem quæ pretio æstimeretur. Sexto, si fraudarunt uestigalia, & gabellas iustas. Septimo, si dederunt falsas monetas scienter, uel diminutas pro bonis. Octauo, si quis in societate cum aliis non fideliter se habuit, occulta lucra siibi retinens. Nono, si emit res furatas, uel raptas. Decimo, si periuriis, & mendaciis usus est uendendo, &c. Undecimo, si negotiatur diebus festis sine necessitate, emendo, uendendo, ratiocinia facièdo, nisi ad modicum tempus. Duodecimo, si mediator fuerit malorum contractuum. Tertiodecimo, si artem hæt cuius opus est ratum ad peccatum, ut idola, tenet dimittere: si ferè ad peccatum, ut qui ta

D 3 xillos



## DIRECTORIVM.

xillos facit uel fucum, istos exhor-  
ri oportet, ut dimittant artem. Quar-  
todecimò, de dolo in mensuris, &c.  
Quintodecimò, si non ieiunauit, dum  
posset, moderando laborem.

### De medico.

**P**rimò, ante cognitam egritudinem  
temerè curando, uel dum tentat &  
explorat morbum adhibendo pericu-  
losa. Secundò, post cognitum morbū,  
temerè etiam curando, dum negligit  
studere, aut uisitare, aut cōsulere, aut  
mutare sententiam, uocando potius  
in dubium rectam curationem alte-  
rius. Tertio, si medicinam incertam  
in periculum uitę experitur. Quarto,  
si consulunt quid facere contra salu-  
tem animę, aut non monent, ut ad-  
uocent Medicos animarū cū opus est.

### De pueris.

**P**rimò, de mendacijs, periurijs, uo-  
tis non impletis. Secundò, de omis-  
sione missę, & confessionis, & com-  
munionis. Tertio, de irreuerentia Pa-  
tris, uel Magistri. Quarto, de furtis.  
Quinto, de uerbis turpibus, contume-  
lijs, detractionibus, rixis. Sexto, de  
carnalibus à longè (ne discant qui in  
corrupti sunt) interrogentur maxi-  
mè puella.

De

## CONFES. 79

*De proprijs remedijs peccatorum.*

### Contra superbiam.

**P**rimò, Consideratio proprię uili-  
tatis & defectuū anime, corporis, &  
exteriorum. Secundò, Obseruare me-  
liores se, & præcipuè Christū, qui nos  
ad sui imitationē hortatur dicens: **D**i-  
scite à me, quia mitis sum & humilis  
corde, &c. Tertio, Animaduertere su-  
perborū seruitutē, & ignominia, qui à  
dignitate filiorū Dei decidūt, & sunt  
demonis abiecta mancipia, qui rex est  
super omnes filios superbiz. Quarto,  
Versari cum humilibus ac modestis.  
Quintò, Inuestitu, domo, atque omni-  
bus operationibus externis, quantum  
decorum status cuiusque fert, sese di-  
mittere.

### Contra uanam gloriam.

**P**rimò, Sua abscondere. Secundò, Ad  
defectus proprios mentem reflecte-  
re. Tertio, Honorem & laudem obla-  
tam statim offerre Deo, auctore totius  
boni.

### Contra auaritiā.

**P**rimò, Efficacissimum remedium,  
omnia relinquere. Secundò, ani-  
maduertere magnis opibus non magis  
satiari animum, quàm exiguis; ac pro-  
inde minuendam esse cupiditatem

D 4 potius



80 DIRECTORIVM

potius, quàm diuitias cumulandas. Tertio, Considerare omnia breui esse relinquenda, nisi quæ præmissa per manus pauperum fuerint. Quarto, Cogitare quanta fuerit Christi paupertas, & sanctorum qui illum sunt imitati. Quinto, Confidere Deo, qui passerculos alit, & dicit: Querite primùm regnum Dei, & iusticiam eius, & cætera adiciuntur uobis. Sexto, Recedere à societate aurorum: & cum illis agere, qui temporalia negligunt. Septimo, Mirari cælestes diuitias, & bona illa infinita, certa, iucundissima, & semper duratura.

Contra luxuriam.

Primo, Fugere conspectum, & multo magis familiaritatem eam quæ ad libidinem inflammat. Secundo, Recedere à conuictu illorum qui suo exemplo ad libidinē excitant. Tertio, Ociū fugere, & honestis exercitiis semper uacare. Quarto, Non nutrire corpus delicate, sed potius amare abstinentiam, maximè à uinis fortioribus, & cibus calidioribus. Quinto, Repellere statim malas cogitationes, & sensus custodire. Sexto, Dolorem aliquem uoluntarium assumere, præsertim urgente carnis tentatione.

Contra

CONFESSIO 81

Contra iram propriam.

Primo, Parare se ad uerba & actus, quæ solent ad iram incitare patienter tolerandos. Secundo, intelligere, patienti non nocere iniuriam, sed potius inferenti: & quantum iniuriarum pro nobis Christus passus sit, cui referemus gratiam tantorum beneficiorum, si patienter iniuriam sustinebimus. Tertio, conuertat se ad aliud quippiam agendum, mentem diuertens ab iniuria. Quarto, Saltem linguam & manus comprimat, & accensam iram in pectore extinguat.

Contra iram alterius.

Primo, Mollis sermo frangit iram, durus furorem suscitatur. Secundo, Tace, uel desiste ab irati conspectu.

Contra inuidiam.

Primo, Non amare terrena. Secundo, Cogitare quàm sit inutilis inuidia, quæ tantum confert ad peccandum, & inuidi cruciatum. Tertio, Quàm sit inhonesta, cum uel sanguinè teneamur effundere pro nostris proximis, si res postulauerit. Quarto, Id expende: si alius careret bono quod tu illi inuides, nõ ideo tu melius haberes: si igitur inuidia nihil tibi conducit, nec ad temporalia, nec ad famam, nec ad uirtutē, &

D & animum



82. DIRECTORIVM.

animum cruciat, & à Deo auertit, quare non illam abicies? Quintò, Cogita quicquid iunat & accendit charitatem fraternam, &c.

Contra odium proprium.

**P**rimò, Animaduertere Dei uindi ctã, qui non dimittit, nisi dimiseri mus. Secundò, Qui aliñ odit sibi plus nocer quàm illi, cum se in statu peccati mortalis cõstituat. Tertio, Ignoscere tandẽ aliquando debemus, si perire nolumus in sempiternũ. Melius est ergo citò ignoscere & periculũ euadere, ne etiam sine merito uita transigatur, & ut Christo in ea placeamus.

Contra odium alterius.

Primò, bene facere. Secundò, inferuire, Tertio, submittere sese.

Contra gulam.

**P**rimò, remouere quæ possunt gulam irritare, qualis est ciborũ suauitas, uarietas & condimenta. Secundò, Considerare bestiarum hãc esse uoluptatem potius, quàm hominũ, quæ intellectum obscurat, bona desideria extinguit, uitam reddit breuiorẽ, imò animalia bruta non plus indulgent cibo, quàm necessitas postulat. Tertio, Præcedens deliberatio multum confert.

Con-

CONFESS. 83

Contra accidiam.

**P**rimò, Crebra beneficiorum Dei recordatio, quæ amorem excitat. Secundò, Vicinã mortem, quæ bene operandi tempus aufert, meminisse. Tertio, Pœnarum & præmiorum æternorum cogitatio. Quarto, deditos otio fugere, & sectari diligentes.

Remedia uniuersalia.

**P**rimò, Summum & uniuersale remedium ad omnia uicia extirpanda, & inferendas uirtutes, est frequens oratio cum fiducia. Secundò, Frequens confessio, & quæ statim cum in aliquod lapsus fueris peccatum, fieri debeat. Tertio, Frequens sumptio Eucharistiæ. Quarto, Fugere improborum, & sectari bonorum societatem. Quintò, Lectio piorum authorum & sacræ scripturæ præcipuè. Sextò, Meditatio passionis Christi. Septimò, Considerare uitam sanctorum. Octauò, Præsentiam Diuinæ maiestatis & Angelorum. Nonò, Mortem certam. Decimò, Iustitiam diuinam per exemplum illorum, quos puniuit. Undecimò, Futurum iudicium. Duodecimò, Pœnam damnatorum. Decimo tertio, Gaudium & fœlicitatem Paradisi.

D 6 Quo-



Quomodo his armis utendum ad vitia superanda.

**P**rimò, Ab effectibus, id est, peccatis inuestigare oportet radicē, unde cætera vitia pullulant. Vnum .n. aut alterum solet esse vitium, duntaxat præcipuum in unoquoque homine, quod reliqua generat, quo sublato, etiam illa quæ ab eo oriebantur interibunt. Secundò, Memoria tenere remedia contra illud, ut cum opus fuerit adhibeantur, Tertio, Cum uno aut altero, peculiari diligentia pugnabis (etsi omnia in genere odio habeas, necesse est) donec illud abstuleris, aut ita debilitaueris, ut uel nõ repugnet, uel faciliè comprimat. Contra hunc hostem crebrò renouandum est propositum, ac ueda ira in illum, propriisq; armis cum eo pugnandum est, adhibenda sunt etiam remedia cõmunia, & circa id examem conscientia quotidianum uersetur. Nam si hodie unum aggrediaris, crastino die alterũ, nullũ tandẽ superabis. Quarto, Necessaria est animi magnitudo, ad inuidũ certamẽ, & uictoria sperandã, licet ardua & operosa futura sit. Certum uictoriae signũ est, uictoria magnanimitè sperare. Quintò, Perseuerantia in certando

opus

opus est, nec despondere animũ oportet, licet millies cadas, surge ergo & pugna. Victus est ille solum, qui armis & uoluntate pugnandi abiectis, se aduersario turpiter dedit. Et licet profectus aliquandiu minimè cernatur, nõ ideo nihil profecisti. Nam ut horologij umbram progressam uidemus, progredientem non cernimus: & segetes creuisse apparet, non apparet crescere, ita uirtutem crescentem, quoniam minutis cõstat actibus, non faciliè uideas, sed tandem longiori interuallo creuisse uideas: sed & labor ille pugnae di, humilitas, & patientia, sustinenti non exiguus est profectus.

De restitutione.

**I**nter ea, quorum confessario necessaria est cognitio, uel in primis Restitutio est: per quã factis fit, pro re ablata, uel damno, uel iniuria. Est autem confitentibus necessaria, quia sicut accipere alienum, ita & tenere inuito domino, mortale est. Quæ sunt obseruanda circa restitutionem, his duobus uerbis adnotantur:

*Quis, cui, quid, quantum, uel ubi, quo tempore, quoue.*

*Ordine restituas: sic pie lector habe.*

*Prius tamen intelligendum est, cũ loquimur*



loquimur de restitutione rei alienę ac ceptę, tam de acceptione iniusta, ut ex rapina, &c. quàm de retentione nõ iusta, ut ex mutuo (quę breuitatis gratia sub acceptionis nomine comprehenditur) nos loqui.

Quis debeat restituere.

**T**enetur restituere, quicumque fuit causa iniustę acceptionis: & si multi fuerunt causa, omnes tenentur. Decem autem modis iniustę acceptionis causa esse quis potest, qui his uerbis continentur:

*Restituat capiens aliena, eiusque minister. Iustus consilium consensus, lausque, comesque.*

*Qui recipit, mutus, non obstant, non manifestans.*

Primus ergo est, qui per se exequitur, siue proprio motu, & lucro, siue alieno, ut minister usurarij, & uulnerans ex domini sui mandato. Secundus est, iubens, qui tenetur, quando ex sua iussione secuta est actio iniusta, aut ratum habuit quod ipsius nomine factum est. Tertius est, consules efficaciter: ita ut ex consilio tali moueatur quis ad perpetrandum actionem iniustam, si effectus secutus fuerit. Quartus est, consentiens, sine cuius consensu, non sequeretur actus:

actus: secus si sine tali consensu fuisset secutus. Quintus est, adulator, quando ex laudatione, & adulatione, tanquam ex causa uel concausa sequitur effectus. Sextus est, particeps malę actionis, ut comes, mediator, uel qui aliter in crimine participat, quando est in causa iniustę acceptionis, sine qua non facta fuisset. Septimus est, rezeptor tallium. Est enim causa maleficij, prebendo eis securitatem, & custodia prebendo unde fures animosius & securius furantur. Secus si nõ receperit tales ut furarentur. Octauus est, mutus, id est, qui potest & debet loqui, reprehendendo, mandando, & huiusmodi; & non facit. Nonus, non obstant, id est, non impediens actionem iniustam, quam potest, & debet impedire: si cut quibus incumbit ex officio. Decimus, non manifestans inuasorem malę actionis, quando potest & tenetur: ut testis in iudicio uocatus, & custodes uinearum, & huiusmodi, qui tenentur ad damna, quę proximus patitur ex defectu manifestationis, quatenus non manifestare causa fuit damni: & quod in his tribus casibus dicitur, qui potest & debet: intellige nõ solum de his quibus ex officio incumbit generaliter: sed in articulo



articulo necessitatis, de omnibus etiã qui in illo casu possunt, sine suo dāno & periculo impedire, quādo aliter nō potest, illi in iustæ actioni obuiari.

Quilibet ex supradictis, quādo secutū est dāmnū tenetur in solidū restituere. Si uerò alii restituerint pro parte sua, teneatur tantum pro reliquo: sufficit enim satisfieri damnificato: unde si unus aut alter id totum præstiterit, reliqui non teneantur.

Cui debet fieri restitutio.

**D**istinctione opus est. Si restitutio sit ex sola re aliena, quæ apud aliquem reperitur, communiter restitui debet ei cui debetur, (si sciatur) scilicet domino rei, siue sit ecclesiasticus siue laicus. Sed si esset prelatus dispensator honorū ecclesiæ, deberet ecclesiæ restitui, habito (si fieri potest) superioris consensu.

Si nescitur dominus rei uel ad ipsū non potest esse accessus, uel nō sine periculo, & scādalo, restituatur Christo omnium domino, dando pauperibus. Si restitutio sit ex iniusta acceptione, quando etiam datio est prohibita, (ut cū ordinis sacri administrator recipit pecuniam, &c.) restitutio nō fit datī, sed ei in cuius iniuriam pecunia data est.

data est, siue sit ecclesia, siue homo aliquis, uel certè Christo omnium heredi.

Si ex sola acceptione iniusta oritur obligatio restitutionis, nec datio iniusta fuit, ut in usura, debet restitui damnificato, ita ut concurrant ista duo simul, iniusta acceptio, & dāmnū, quod sequatur ex iniusta acceptione. Unde qui pignus furatur à mercatore, eidem mercatori debet restituere, posset tamē in foro cōsciētix domino pignoris restituere, dummodo mercator dānum, nō patiatur. Similiter si rem furatam quis furetur, domino restituatur, sed fur intelligat se non teneri ad restituendum amplius.

Si persona cui fieri debet restitutio est mortua, dabitur hæredibus, si ignoratur, facta inquisitione debita, dabitur Christo in suis pauperibus, si distat, & faciliter ac fideliter ad eū mitti possit, si res est magni ualoris, debet ad minimum mitti, expensis & damno detinentis iniustæ: si non potest transmitti & res est parui ualoris, posset dari ei propinquis, uel pauperi cōnobio, arbitrio boni uiri, cum pacto, ut ueniente domino eidem restituatur, si res seruari possit: si usurarius ijs qui à loco usuræ recesserunt, uelit restituere usuras, expensis



expensis ipsorum, potest mittere, si ipse semet usurarius recessit, suis mittere expensis.

Non semper res debet restitui illi, cuius est, uel à quo accepta est, quando scilicet ei est damnosa, ut ensem furioso, & cæ. sed potest seruari hæredibus.

Si prohibetur causa tantum, non acceptio, ut in turpi lucro meretricio, &c. non necesse est restituere, nisi interuenierit fraus uel illicita extorsio, uel acceptum est ab eo qui alienare non potest: debet tamen consuli illis, ut dent pauperibus, similiter de acquisitis per ludum.

Bona incerta restitutioni obnoxia, quando non potest inueniri dominus facta diligenti inquisitione, dentur pauperibus, arbitrio illius qui habet, uel confessoris: & huiusmodi, non debent sibi reseruare Episcopi, nisi quaestio ad iudicium adducenda esset, ut quum quis publicè depreçdatus est Ciuitatem, & ignoratur à quo acceperit, tunc enim de consilio Episcopi, uel domini temporalis fiet restitutio.

Inuenta quæ nunquam habuerunt dominum, uel cuius non extat memoria, uel qui non curat de ijs, sunt inuenientis.

nientis. Si habuerunt, uel habent dominum, restituenda sunt domino rei: si facta diligenti inquisitione non inuenitur dominus, possunt dari pauperibus, uel retineri ab inuentore paupere, de licentia confessoris.

De thesauro cuius dominus nescitur, si inuenitur in proprio fundo, totus est inuentoris: si in alieno inuenitur, casu, medietas una erit domini fundi, altera inuentoris secundum Thomam: si studiosè quaerendo inuenitur, cum licentia domini donantis, quia non uult ipse quaerere, totus est inuentoris. Si quaerit contra uel præter uoluntatem domini, totus erit domini. Si scièdo thesaurum esse in fundo, ignorante id domino, emitur fundus, uidetur totus thesaurus esse domini. Consuetudo autem, qua thesauri inuenti principibus reseruantur, non obligat in conscientia, iuxta doctorum sententias.

Quid reddendum.

Reddendæ sunt res, & damna: si res existat, ipsa restituatur, nisi periculum scandali uel aliud timeatur, tunc enim ad arbitrium boni uiri reddetur æquiualens. Si res non extat, uel facta est deterior, æquiualens reddatur.

Qui-



## 92 DIRECTORIUM.

Quicumque habet rem alienam tenetur illi restituere, cuius est, siue habeat bona fide siue non; quod si habuit bona fide, ut si emit equum, credens esse uenditoris, qui tamen non erat: si iam uendidit, tenetur restituere id, quo factus est locupletior ex tali re, & non plus: si donatum accepisset, & uendidisset, totum pretium deberet restituere. Si uero habet apud se, tenetur restituere, etiam non habito precio ab eo, cuius res est, habet tamen actionem contra uenditorem rei alienae. Quod si mala fide emit rem alienam lucri cupiditate, tenetur restituere rem illam si habet, uel aequivalens, si non habet, & lucrum quod ex ea acquisiuit: & licet furtiue auferatur ab eo, non liberatur à restitutione. Quod si accipit rem quam scit esse alienam non gratia lucri, sed agens fideliter negotium domini, ne res pereat, potest à spoliato repetere, quicquid expendit. Quod si dominus non inuenitur, dabit pauperibus, quod remanebat supra pretium, & expensas.

Impediens aliquem à consecutione cuiuscunque boni licite, ad nihil tenetur: si iniuste, impediuit eum qui erat consequutus, teneretur ad aequale: si

propè

## CONFESS. 93

propè erat ut assequeretur, teneretur ad arbitrium boni hominis. Sic etiam impediens aliquem ab officio quod iulle exequitur, ut rusticum ab opere, & huiuscemodi, nisi secundum rationem faciat, tenetur restituere, ad arbitrium boni hominis.

Impedientes creditorem modo illicito ne possit exigere à debitore, ut liberando eum à carcere, uel alio modo iniusto: & in genere damnum alteri iniuste inferentes (maximè data opera) tenentur, si damnum est certum, ad omnia, si incertum, ad arbitrium boni hominis. Si res aliena, pereat, in manu illius, qui est in culpa ne reddatur domino, si aequaliter apud dominum erat peritura, non tenetur de damno, secus si non erat peritura, uel antè potuisset uendi à domino.

Cedens bonis propter inopiam, si uenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur in conscientia restituere, quod debet.

In damnis uitae, membrorum, sanitatis, libertatis, honoris, fame, uiriū, fructuū, damni emergentis, lucri cessantis, huiuscemodi, pro damnis restitutio fiet, ut optime poterit, ad arbitrium boni hominis.

Qui



94 DIRECTORIVM.

Qui uirginem seductam deflorauit, promittendo eam ducere in uxorem, tenetur illam ducere) si non est inferioris conditionis) quòd si aliam post duxerit, tenetur eam dotare.

Quòd si aliqua signa fuerunt, propter quæ uirgo potuit aduertere, quod noluit eam ducere, non teneretur in foro conscientia eam ducere, nec dotare, nisi uiolenter eam compressisset: tunc enim licet pater puellæ nolit eam tradere, uel ipsa nolit nubere, nihilominus debet eam dotare.

Quantum debet restitui.

SI quantitas rei uel damni sit certa, stantundem restituetur, si incerta, ut in iniurijs, &c. quantum bonus & prudens homo iudicabit, consideratis circumstantijs singularibus, rei, temporis, loci, & personæ, & huiusmodi.

Possessor bonæ fidei, si antequam currat præscriptio, aduertit rem quæ possidet, non esse suam, in conscientia, tenetur restituere rem integram, & damna, & fructus perceptos tempore bonæ fidei, deductis expensis factis, gratia colligendorum, & quærendorum, & conseruandorum fructuum: eadem ratio est de eo, qui non soluit legatum per multos annos: tene-

cur

CONFESS. 95

tur enim fructus etiam perceptos restituere.

Vbi restitutio fieri debeat.

SI restitutio est necessaria propter rem alienam, quam quis habet bona fide, fieri debet in loco ubi res habetur.

Si necessaria est restitutio ex iniusta acceptione, restituitur ubi dominus rei seruetur indemnis: & si quis grauandus est, occupator grauetur qui semper fuit in mora.

De tempore restitutionis.

TENERetur quidem statim restituere, qui debet: includitur enim præceptum negatiuum, scilicet non tenere alienum: tamen illud statim, sic intellige, ut sit paratus animo ad restituendum, quàm citò commodè poterit: quantum uerò ad executionem, debet restituere congruo tempore, seruatis debitis circumstantijs.

Tria uerò possunt excusare à restitutione statim facienda. Primò, uoluntas domini concedentis dilatione, Secundò, ignorantia rationabilis iuris uel facti. Tertiò, impotentia, de qua sex conclusionibus continetur, doctorum sententia. Prima est, quod existens quis in extrema necessitate,

non



96 DIRECTORIVM.

non habens nisi necessaria uitæ suæ & suorum, non tenetur restituere statim quia omnia sunt communia tunc temporis. Secunda est, qui restituendo non possit uiuere, secundum decentiam sui status, etiã si dominus rei, qui non est in tali, uel maiori necessitate, non lit dilationem dare, non tenetur statim restituere, debet tamen cauere, ne expensas faciat non necessarias, alioqui non excusaretur secundum rationem. Tertia est, quando restitutio est in damnum corporis, uel anime domini, si statim fiat non debet fieri statim. Quarta, si idem redundet in damnum, uel sit contra bonum comune. Quinta, si probabiliter futurum est in damnum famæ, uel uitæ, uel anime ipsius restituentis, uel alterius: uel si ex hoc imminet periculum de aliquo peccato mortali, non debet fieri, nisi cessante tali periculo, quia hæc maiora sunt damna, quàm statim non restituere. Sexta, si restituere statim, redundet in paruum commodum creditoris, & in magnum damnum debitoris, ut si opus esset artificio debitori, uendere instrumenta artis ex qua uiuit, ad restitutionem non tenetur: quia secundum rationem debet ei dari dilatio.

Secus

CONFESS. 97

Secus esset si creditor esset in simili casu, quia nemo ut se commodet alium debet incommodare, quòd si damnum non esset de propriis, sed potius quia careret lucro magno, non excusatur à statim restituendo. Nota etiam, quòd si damnosa esset dilatio creditori, nec statim restitueretur, ut euitaretur huiusmodi magnum incommodum in propriis: saltem ille indemnus seruari deberet.

Nota præterea, quòd confessarii non debent huiusmodi poenitentes absoluerè, antequam in effectu restituant si in alia confessione absoluti, neglexerunt restituere.

Quod si debitor non potest habere dilationem à creditore, qui non est in necessitate, & ipse debitor potest restituere tunc sine magna incommoditate tamen non uult, sed paratus est postea restituere, quia credit se non bene posse tunc, potest absolui, si promittat intra certum tempus restituere: quòd si potest, & ipse in conscientia scit se tunc posse, & non uult, nullo modo est absoluendus, quia contritum non esse satis apparet.

B De



*De ordine, & modo in satisfactio-  
nibus tenendo.*

**Q**ui potest omnibus restituere, nō  
necesse habet ordinem seruare:  
sed omnibus statim (ut dictum est)  
restituere. Si omnibus nō potest, prius  
certa quā incerta restituantur: nisi  
incertum huiusmodi esset, ut certum  
sit, quōd nunquam fuit certorum cre-  
ditorum, ut calix: huiusmodi enim si  
ne iniuria creditorum pauperibus da-  
ri possunt. Inter bona certa, prius re-  
stituenda sunt, quæ in propria specie  
extant, & sunt alterius: ut deposita, &  
etiam empta nō soluta. Post huiusmo-  
di restitutionem, seruanda sunt statu-  
ta, & quod disponit ius civile (si non  
sit contra naturale) & si uariæ sunt opi-  
niones, securior est eligenda.

Vfurarius si non habet tot bona, ut  
possit satisfacere aliis debitis licitè  
contractis & usuris, prius debet satis-  
facere debitis licitè contractis: si ta-  
men adsint duæ conditiones, prima  
ut nō extant in specie propria res usu-  
rariæ, ut pignora (ea enim debent red-  
di dominis reddentibus pecuniam)  
altera, si ex huiusmodi contractibus  
licitis non fiat pauperior ad solu-  
das priores usuras, ut in promissione  
dotis

dotis accideret, pauperior enim red-  
deretur. &c.

Si bona incerta sunt, secundum cō-  
siliū confessarij possunt restitui, qui  
si uiderit in magna miseria debitore,  
poterit dispensare, ut sibi retineat, ut  
pauper Christi, si tamen hoc expedi-  
re iudicabit. Si enim crederetur libe-  
rior futurus propter hoc ad furtum,  
non expediret cum eo hac uti mise-  
ricordia.

Occulta cautè restituit oportet, ne  
lædatur fama, sed publicæ usuræ publi-  
cè sunt restituendæ, magis enim recu-  
peratur fama per restitutionem.

Si quis alium, uel seipsum uia iuris  
diffamauit iustè, non debet restituere,  
si iniustè, & falsò, restituit dicendo se  
falsum dixisse, uel tacuisse uerum: si  
iniustè, sed non falsò (ut qui reuelauit  
peccatum uerum) dicendo se iniustè  
diffamasse aliquem, & malè fecisse ra-  
lia dicendo. Sed caueat ne mentiatur,  
& attendat, quo modo dicat, ne forte  
dum restituit, magis infamet: tū enim  
non debet restituere, nec quando se-  
quitur maioris mali periculū, quā  
sit bonum famæ consequuturum. Si  
fama non potest restitui, aliter de-  
bet recompensari, & satisfieri de dam-



100 DIRECTORIVM.

no secuto, ex infamacione ad boni hominis arbitrium, eodem modo de libellis diffamatoriis: & ibi debet fieri restitutio, ubi facta est infamatio publicè, uel secretò. Aduertendum est etiam, quod quando infamatoria uerba dicta sunt, illi qui poterat prodesse, uel secundum ordinem iuris, uel corruptionis fraternè, uel quando talia non sunt uerè diffamatoria, ut sunt uenialia, uel possunt in utranque partem interpretari, uel non affirmatiuè, sed dubitatiuè dicta sunt, aut cum se audiuisse tantum quis dixit, uel quæ alia uia publicata sunt, non oportet restitutionem famæ facere. Hæc de restitutione ex bonis autoribus collecta sufficiant: iam de censuris ecclesiasticis quædam subiiciuntur.

*De excommunicatione.*

**P**Rius de quibusdam agetur, quæ faciunt ad cognitionem excommunicationis. Deinde de peccatis excommunicatorum. Demùm de casibus excommunicationis, ad singulos descendèdo.

Excommunicatio duplex est: minor, & maior. Minor, exclusio est à participatione sacramentorum, & ab electione passiuæ, quia inhabilem fecit ad quodcunque beneficiũ Ecclesiasticum, &c.

CONFESS. 101

cum, &c. Excomunicatio maior, separatio est à communione Ecclesiæ quoad fructum, id est, sacramenta, suffragia generalia, & participationem spiritualium.

Aduertendum est tamen, quod nisi consummata sit actio, propter quã quis excommunicatur (licet sit incepta) & nisi sit agens ille ipse qui elicit actionem (quamuis imperet) non est excommunicatus: nisi etiam excommunicarentur dantes consilium, fauorè, &c. & tunc nisi consequatur talis affectus, non subiacent excomunicacioni. Præterea, cum excommunicatio non feratur, nisi propter peccatum mortale: qui ea est conscientia, ut meritò sibi persuadeat, quod non peccauit mortaliter, nunquam incurret excommunicationem à iure, quia sententia iuris non est iniusta. Effectus excommunicationis maioris (ut paulo distinctius explicentur,) sunt:

**P**Rimò, Priuari fructu & participatione diuinorũ: qualia sunt sacramenta, & interessè officii Diuinis, si publicè sint excomunicati. Non tamè excluduntur ab ingressu ecclesiæ, nec ab audiendo uerbo Dei. Secundò, Pri-



## 102 DIRECTORIVM.

uantur participatione bonorum operū ecclesie, & orationum. Tertio, Excluduntur à Regno Cælorum, si iusta est excommunicatio, uel etiam si iniusta, & malè contemnitur. Quarto, Excluduntur ab actu ordinis cuiuscunque: undè qui exequitur, sit irregularis. Quinto, Excluduntur à beneficiis ecclesiasticis, quæ nec acquirere, nec aliis cõferre possunt, nec de habitis fructus percipere, quamdiu sunt in mora petendæ absolutionis: & qui annum perseveraret integrum, omnibus beneficiis posset priuari. Sexto, Excluduntur ab ingressu Religionis, nisi prius absoluantur. Septimo, Ab electione Canonica, actiue, & passiuè: quod extenditur etiam ad dignitatem laicã, ut Imperium, & Regnum. Octauo, Excluduntur ab executione officiorum, & usu iurisdictionis. Nono, Etiam à spirituali potestate excluduntur, ut non possint ordinari, nec ordinare, nisi secreti & tolerati sint. Decimo, Ab omnia actu legitimo, ut procurare, instrumenta facere, & ab aliis actibus, in quibus homines cõmunicant, ut cohabitare, &c. Vn decimo, A sepultura in loco sacro, &c.

Ecommunicatio, ab homine lata licet iniusta timenda est, & quærenda absolu-

## MVC ONFES. 103

absolutio (dum non sit nulla) & qui contemneret, mortaliter peccaret. Si autem nulla est, & non seruãdo illam non sequitur scandalum, nec timenda est, nec seruanda: debet autem casus constare ex quo sententia sit nulla, ut non timeatur: uidelicet quoddam lata sit à non habente auctoritatem, &c.

In excõmunicatione à iure, uel ab homine, non est lata sententia, sed cõminatio, cum dicitur, sub pœna excõmunicationis, &c. Cognoscitur quod sit lata si sit per uerbum præteriti temporis, ut cum dicitur, sit excõmunicatus. Aliqua etiam uerba præteritis æquivalent, ut declaratoria, cum dicitur, decernimus excõmunicationi subiacere, & est lata sententia. Quod si uerba sunt dispositiua, & sonant in futurum ut excõmunicentur, non est lata, nisi addatur ipso facto, uel quid, unde appareat, quoddam sententia sit lata,

*De peccatis excõmunicatorum.*

**E**xcommunicatus minori excõmunicatione mortaliter peccat, si se immisceat participationi sacramentorum actiue, uel passiuè.

Excõmunicatus maiori excõmunicatione, peccat primò & mortaliter, immiscendo se sacramentis, & diuinis

**E 4** officiis.



officijs. Secundò, peccat, sed non mortaliter, si communicat cū alijs in actibus ecclesiasticis: de quibus supra, cum de effectibus diceretur. Tertiò, Peccat, immiscendo se actibus humanis. Et communiter prohibita hoc uersu significari solent:

*Orare, uale, communio, mensa, negociur.*

Per os, intellige colloquia, literas, nuncios, munera, oscula amicitiae, &c.

Per orare, intellige sacramēta, orationes publicas, & omnia spiritualia.

Per uale, salutationem consuetam uerbo uel scripto.

Per communionem, cohabitare, uel aliquod excrecitiū commune habere cum excommunicato, non ita si cohabitaret, sed pro diuerso negocio. Possunt & actus alioqui hic excludi, uel electionis, officii, & sic de alijs.

Per mēsam, simul comedere, & dormire. Tamē hmōdi peccata, mortalia cenferi nō debēt, si absit contemptus.

*De peccatis que ab excommunicatione redundant in alios.*

**P**rimò, Participare cum excommunicatis in Diuinis. Secundo, Admittere ad sepulturam ecclesiasticā: quod de excommunicatione publica intellige. De sepul. cap. 1. in Clement. Tertiò, par-

tiò, participare in crimine damnato, uel propter quod quis excommunicatus est, & incurrit excommunicationem. cap. Nuper de senten. excom. Quartò, Communicare in humanis actibus prohibitis, qui tamen qui participant non in contemptum, nec credendo, ex tali cōmunionē uenturam esse sententiam in contemptum, nec contra præceptoriam prohibitionem superioris factam, peccant quidem sed uenialiter. cauf. 11. q. 3.

Casus liciti in communicando extra Diuina cum excommunicatis, hoc uersu continentur.

*Vtile, lex, humile, res ignorata, neesse.*

Vtile, utrique parti intelligatur.

Lex, ad matrimonium pertinet.

Humile, ad seruos, filios non emancipatos, aut cōmēsales, famulos, & c.

Res ignorata, ad ignorantiam facti & iuris extenditur.

Neesse, ad uolentiā, & indigentiam corporalem, & sustentationē ipsius ex cōmunicati: & intelligitur etiā ne cessitas dāni uitādi, & spiritualis consilii, metus etiā cadēs in uirum constantē.

*De casibus excommunicationis.*

**E**xcommunicatio minor incurritur, participando cum excommunicato.



to publicè & nominatim, uel ob notoriam iniectiōem manus uolentē in Clericum, & ab ea quiuis confessarius potest absolvere.

De casibus excommunicationis maioris, breuiter dicitur, in duas partes diuidendo, scilicet, in eos qui reseruantur in Bulla cœnæ Domini, & in alios omnes utcunq; reseruatos.

*Reseruata in Bulla cœnæ Domini.*

**P**rimus casus est hæresis, & comprehendit eos, qui præsumunt legere libros hæreticorum, quique imprimunt, & domi habent, & demum omnes fautores, receptores, & defensores hæreticorum.

Secundò, Excommunicantur piratæ, & eorum fautores.

Tertiò, Imponentes noua pedagia in terris suis, uel prohibita exigentes.

Quartò, Falsificatores literarum, & supplicationum Apostolicarum, & mutantes supplicationes huiusmodi signatas, & datatas, sine Papæ uel datarii licentia.

Quintò, Qui ad sedem Apostolicam uenientes, & recedentes ab ea, & in curia morantæ, temeritate propria capiunt, spoliant, detinent, aut ex liberatione uerberare, mutilare, uel in

terficere

terficere præsumunt, & qui talia fieri faciunt, seu mandant.

Sextò, Qui litigantes in curia, uel ad eam recurrentes pro suis causis, & negotiis, uel aduocatos, uel procuratores ipsorum, uel auditores, uel iudices occasione causarum, uel negotiorum huiusmodi, uerberant, mutilant, spoliant, uel occidunt.

Septimò, Mutilantes, uulnerantes, interficientes, capientes, detinentes, deprædantes Romipetas, & peregrinos, ad Urbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, uel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxilium, consilium, uel fauorem.

Octauò, Qui occupare, detinere, hostiliter destruere, uel inuadere in totum uel in partem, aliam Urbem, regnum Sicilię, Sardiniam, Corsicam, terras circa Pharam, patrimonium Ecclesię, & terras ei subiectas præsumunt, aut iurisdictionem supremam Ecclesię competentem, usurpare, per turbare, retinere, uexare præsumunt, & adherentes, ac defensores eorum, seu auxilium, consilium, fauorem præstantes.

Nonò, Ablatores, uel detectores, uel in quorum manus peruenerint scienter reliquię, & alia quæcunq; ex ec-

E 6 clesijs,



clesijs, & intra & extra mœnia Urbis, tempore direptionis, nisi restituerint res ablatas dominis, si nouerint eos, uel deputatis ad hoc, uel cum ipsis, amicabiliter concordauerint.

Decimò, Quicumque equos, arma, quæuis metallorum genera, atque bellica instrumenta, & materiam eorum, deferunt inimicis nominis Christi, quibus Christianos impugnant, & qui de rebus Reipub. Christianæ statum concernentibus, in Christianorum dânum, inimicos religionis certiores faciunt, illisque consilium præstant.

Vndecimò, Temerè mutilantes, uerberantes, uulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, eaque mandantes.

Duodecimò, Qui impediunt, seu intradunt uictualia, uel alia ad usum Roma. curiæ necessaria adducentes, uel qui impediunt, ne deferantur, seu perturbant, & qui talia defendunt.

Decimotertiò, Qui inhihent, ne aliquid literæ apostolicæ, citationes, monitoria, & executoriales, quæ à sede apostolica emanauerint sine suo beneplacito executioni mandentur, ac notarios, uel executores eorum capiunt, incar-

incarcerant, detinent, uel id fieri curant, & ne literis, & mandatis, seu decretis sedis Apostolicæ, & legatorum, ac nuntiorum, & iudicum, legatorum, &c. pareatur, nisi habito prius eorum consensu, &c. neue tabelliones, & notarij super huiusmodi conficere instrumenta, uel acta, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant.

Decimoquartò, Qui sub quibuslibet pœnis prohibent, statuunt, seu mandant, ne pro quibusuis negocijs prosequendis, seu gratijs impetrandis, ad Ro. curiam accedant, seu impetrent, seu impetratis utantur. Quique à Romani Pôtificis obedientia pertinaciter se subtrahere, uel recedere præsumit.

Decimoquintò, Qui personas ecclesiasticas, capita, &c. ad suum tribunal, uel consilium, præter iuris cõmunis dispositionem trahunt, uel id curant, & qui statuta, pragmaticas, & decreta hætenus fecerunt, & publicauerunt, aut facient, & publicabunt in futurum, quibus libertas ecclesiastica tollitur, læditur, deprimitur, aut restringitur, aut Apostolicæ sedis iuribus præiudicatur.

Decimosexto, Qui iurisdictiones, fructus, & redditus, ad ecclesiasticas personas,



## 110 DIRECTORIUM

nas, ratione ecclesiarum, &c. pertinentes, usurpant, surripiunt, uel sequestrant, aut collectas, decimas, & alia onera, personis ecclesiasticis, atque eorum bonis ( absque expressa licentia Romani Pontificis ) imponunt, aut eò à sponte dantibus recipiunt, & qui prædicta exequuntur, uel procurant, & aut in eisdem auxilium, consilium, uel fauorem, uotum seu suffragium præstant.

Decimoseptimò, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, Principum, aut præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, ac Parlamentorum, & procuratores generales eorum, uel aliorum principum, & Archiepiscopi, Episcopi, Abbatibus, Commendatarij, Vicarij, & officiales, qui beneficiales, & alias spirituales, & spiritualibus annexas causas, ab auditoribus, & Commissarijs apostolicis auocant, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas huiusmodi exequi uolentes, autoritate laicali impediunt, & ad illorum cognitionem, tanquam iudices se intromittunt, & partes actrices, ad reuocandum citationes, inhibitiones, aut alias literas, & absoluendum eos contra quos emanarunt, à censuris, & poenis in illis contentis, uel alias executionem

## CONFESS. 111

tionem literarum, uel executorialium impediunt. Qui non intelliguntur absoluti, nisi statuta, &c. publicè reuocauerint, & ubi annotata sunt, deleuerint, & de reuocatione, & castigatione Papam certiore fecerint, cum proposito desistendi, &c. Decimooctandò, Qui contra tenorem præsentium aliquos absoluere præsumpserint, nisi in articulo mortis, & tunc præstata cautione de stando. S. Ro. Ecclesie mandato, uel satisfaciendo, &c. Et hactenus de reueruatis in bulla cœna, in qua fuis hæc uidebuntur, & quia quotannis ea posset innouari, curandum est, ut singulis annis ab ordinarijs, uel alia uia inquiramus, an aliquid innouatum fuerit in ea, necne.

*De alijs casibus excommunicationis non reueruatis in Bulla cœnae Domini.*

**P**rimò, Excommunicantur domini seu rectores, uel officiales eorum, circa negotium Inquisitionis contra Hæreticos deficientes, & omnes qui in hoc dederint consilium, auxilium, uel fauorem. Extrà, de hæret. lib. 6. cap. Vbi inquisitionis, executione Episcop. Si faciunt prædicta ut faueant Hæreticis, Papa. in processu cœ-



tu cenæ Domini, secundū Caietan.  
Secundò, Inquisitores, & officij in-  
quisitionis executores, qui procedere  
omittunt contra hæreticos, contra  
suam conscientiam, & iustitiam, uel  
falsò hæresim imponunt.

Cle. de hæret. ca. Multorum, Papalis.

Tertiò, Inquisitores, & Commissa-  
rij eorum, uel Episcoporum, siue capi-  
tuli, Sede uacante, qui pecuniam ex-  
torserint, aut scièter Ecclesiæ bona ad-  
fiscum, etiam ecclesiæ ob delictum  
clerici applicare attentauerint. Cle.  
de hæret. cap. Nolentes. Ante sa-  
tisfactionem Papalis. Post satisfactio-  
nem, Episcop.

Quartò, Qui perseuerant, uel assu-  
munt statutum uel sectam fraticello-  
rū, bisochorum, beghinarum & præla-  
ti, qui eis concedunt. In Extrauag. Io-  
an. 22. cap. Sancta Romana. Epif.

Quintò, Mulieres statum beghina-  
tus sectantes, uel de nouo assumen-  
tes, ac religiosi eas admittentes, uel  
præbentes consilium, auxilium, uel fa-  
uorem. De Relig. do. ca. 1. Episco. Be-  
ghinæ hic non dicuntur, quæ à nuptijs  
abstinent, in sua puritate Deo famula-  
ri cupientes. Sed aut infideles, de qui-  
bus Cle. De hæret. cap. Ad nostrum.

Aut

Aut suspectæ de fide, ut in hac decre-  
tali insinuarur.

Sextò qui præsumptuose uolunt or-  
dinationes ab Octauiano, & Guidone  
factas rearas esse. Extrà, de Scismati-  
cis, cap. 1. Episcop. Secluso Scismate.

Septimò, Qui de tertiæ partis Car-  
dinalium nominatione consensu, Papæ  
sibi nomē usurpat, & qui ipsum recipi-  
unt, & qui à paucioribus, quàm à dua-  
bus partibus Cardinalium electus, ge-  
rit se pro Papa, nisi maior concordia  
intercesserit. Extrà de elect. cap. Li-  
cet, Episco. Seclus. Scis.

Octauò, Qui in clericum, uel mona-  
chum manus uiolentas iniiciunt. Et  
non solum executor intelligitur, sed  
qui mandat, consulit, dat consilium,  
fauorem, consensum: & qui ratum ha-  
bent post factum, si nomine ipsius fa-  
ctum est. In decretis 17 q. 4. capite, Si  
quis, Papalis.

Nonò, Insequentes Cardinales, uel  
manus uiolentas in eos iniicientes.  
Item domini temporales, uel eorum  
officiales, qui contra huiusmodi con-  
stitutionem Bonifacij. cap. Felicis, nõ  
fecerint seruari, intra mensem à die  
notitiæ computandum. Extrà de pæn.  
cap. Felicis, lib. 6. Papalis.

Deci-



114 DIRECTORIUM

Decimò, Qui Episcopum percusserit, ceperit, bannierit, uel id manauerit, ratificauerit, consuluerit, fauerit, focus fuerit, uel scienter defenderit. Cle. de pœn. capite, Si quis, Papalis. Et ex parte excommunicatio hæc reseruat in bulla cœnæ domini, ubi dicitur, Excom. & anathe. omnes temerè mutilantes, uulnerantes, &c.

Vndecimò, Qui quempiam Christianorū per quoddā genus hominum (quos uocāt Assassinos) interfecerit, uel interfici mandauerit, quāuis mors non sequatur, aut eos receptauerit, defenderit, uel occultrauerit. Innoc. iiii. de homicid. lib. 5. cap. Pro, Episco.

Duodecimo, Qui uisualia deseruit, uel quāuis mercimoniam, tempore belli, ad infideles, & quouis tēpore, si deseruit in Alexandriā, uel alia loca Sarracenorū Aegypti. De Iudæ. & Sara. lib. 5. ca. ad liberandū. In-Extrauag. Greg. Nicol. & in processu cœnæ Domini.

Decimortidò, Qui estringunt, & simul spoliant loca sacra. Extrā, de sen. excom. cap. Conquestus, & cap. Tuanos, Papalis post denunciationem.

Decimoquartò, Qui Christianos naufragantes rebus suis spoliant, nisi reddiderint. In Concilio Lateranen. de

CONFESS. 115

de rap. cap. Excom. Episcopalis.

Decimoquintò, Cardinales, qui sede uacante, constitutioni de electione Ro. Pontificis, præter simoniam faciendam, contrauenire præsumperint. Iulius 2. in Extrauag. cap. Quam tam Diuinum, Papalis.

Decimosexto, Qui ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis Romanorum Pontificum ad futurum concilium appellant, aut qui ad hoc fauorem, consilium, auxilium dederint, uel aliorum dicta approbauerint, &c. Iulius. ij. in Extrauag. capite, Suscepti regi.

Decimosextimò, Qui literarū apostolicarum falsarijs fauent. Extrā, de cri. fal. cap. ad falsariorum, Pap. iuxta Caie. Ipsi falsarij excommunicantur in processu cœnæ Domini.

Decimooctauò, Impugnantes literas electi in Papam antequam coronentur. Benedictus ij. in extrauag. Episcopalis.

Decimononò, Qui ecclesiasticā libertatem offendunt faciendo seruari statuta, & consuetudines introductas contra eam, nisi intra duos mēses post publicationem sententiæ, de capitularibus fecerint amoueri, & statuarij scrip-

tores,



116 DIRECTORIVM.

tores, potestates, consules, rectores, consilarii, & qui secundum ea presumpserint iudicare, uel in publica forma scribere iudicata. Hono. 3. de sent. excom. cap. Nouerit, Papalis, ex processu curia.

Vicesimò, Qui represalias aduersus personas ecclesiasticas, seu bona ipsorum cōcedunt, uel extēdunt ad eas, nisi intra mensem reuocauerint. Si persona singularis fuerit, sententiam excommunicationis incurrit: si Vniuersitas, ecclesiastico subiacer interdicto. Grego. x. de iniuriis, cap. Et si pignorationis, lib. 6. Episcopalis.

Vicesimoprīmò, Qui personas ecclesiasticas ad submitēdum bona sua laicis cōpulerint, uel usurpauerint ex huiusmodi contractibus, etiā licitè factis, aliquid, nisi legitime moniti restituerint, &c. Greg. x. de re. eccl. nō aliē. cap. Hoc consultissimum, lib. 6. Episcopalis.

Vicesimosecundò, Qui quaslibet personas ecclesiasticas, ad quas spectat electio in monasteriis, uel piis locis, grauauerint, spoliando uel alias iniuste persequendo, pro eo quòd noluerunt eligere personam, ad cuius electionē inducebantur. Grego. de elect. cap.

CONFESS. 117

cap. Sciant cuncti, li. 6. Episcopalis.

Vicesimotertiò, Qui impediunt litigantes in quouis foro ecclesiastico etiam extra curiam, in causis, quæ de iure ad dictum forum pertinent, uel consilium, auxilium, fauorem ad hoc præstant. Extrà, de immunit. eccl. lib. 6. cap. Quoniam, Episcopalis post satisfactionē. Pro quanto tamen quis apostolicas, literas impediret, contra processum cœnæ Domini Papalis.

Vicesimoquartò, Qui grauāt illos, qui sententiam excommunicationis, suspensionis, uel interdicti protulerunt, uel quorum occasione sunt prolata, nisi intra duos menses respuerint. Gre. de sent. excom. lib. 6. ca. Qui cunque, Pap. Si respuerint intra duos menses, Episcopalis.

Vicesimoquintò, domini temporales interdcentes subditis, ne personis ecclesiasticis uendant, emanent, aut alia obsequia exhibeant, Bonif. 8. de imm. eccl. li. 6. cap. Liberatis, Episcopalis.

Vicesimosexto, Qui regalia, custodiam, siue guardiam, uel titulum aduocationis, uel defensionis in locis pijs uacantibus, de nouo usurpare conātes bona ecclesiastica occupare, præ-



## IIIS DIRECTORIVM

præsunt. Bonifa. de electione generali lib. 6. Episcopali.

Vigesimo septimo, Qui fecerit contra statutum Alexandri. 4. qui ecclesias & personas ecclesiasticas ad pedagiam, & guidagiam statuit non teneri. Extra, decen. lib. 6. cap. Quinquaginta, Episcopa. præmissa plenaria satisfactione.

Vigesimo octavo, Consules, rectores, & qui potestatem habere uidentur. cum fautoribus suis & eorum successores in officiis, qui onera imposuerint, & angariis afflixerint personas ecclesiasticas, & euacuauerint iurisdictionem, & auctoritatem prælatorum, ita ut nihil potestatis temporalis, uideatur eis remansisse in suis. Extra, de immuni. eccl. cap. Non minus, Episcopo præmissa satisfactione.

Vigesimo nono, Qui reuocationem excommunicationis, &c. uel absolutionem uel metu extorquent. Grego. Extra de iis quæ uel metu. lib. 6. ca. 1. Episcopalis.

Trigesimo, offendentes ecclesiasticam libertatem in clauium officio, clauderium diuinum cultum excommunicatis, & interdictis. In Clement. de sent. excom. cap. Grauis, papalis.

Trigesimo primo, Impediens sequestrationem

## IIIIO N F E S S. 119

strationem beneficii per loci ordinariū factam, una diffinitiuā sententiā contra possessorem promulgata, uel fructus sequestratos, quoquo modo occupare præsumentes. Extra, de sequest. cap. 1. Episcopa. amoto impedimento, & restitutus occupatis: alioquin nullatenus absoluetur.

Trigesimo secundo, Impediens monachialium, aut canonicarum secularium uisitatores in suo officio, nisi monachi respiciant. In Cle. de statu monia. ca. Attendentes, Episcopa.

Trigesimo tertio, Sepelientes in loco sacro hereticos, & eos qui delibere adhærentes, ac receptatores eorum. De hæret. lib. 6. cap. Quicumque: absolutionis beneficium non merentur, nisi si proprijs manibus publicè extumulent, & proieciant, Episcopalis.

Trigesimo quarto, Qui in cœmiterijs tempore interdicti, quoscumque in casibus non concessis, aut excommunicatos publicè, uel nominatim interdictos, uel manifestos usurarios, scienter sepelire præsumunt, non sine contemptu clauium. Extra, de sepulch. cap. 1. Episcopa. præmissa satisfactione.

Trigesimo quinto, Qui scienter in gradibus



## 120 DIRECTORIUM.

gradibus prohibitis, cōsanguinitatis, aut affinitatis, uel cum monialibus, uel qui in religione, aut sacris constituti, matrimonium contrahunt. Clement. 5. de consanguinit. & affinit. capite. 1. Episcop.

Tricesimosexto, Simples religiosi, qui decimas ecclesijs debitas usurpare præsumunt, &c. nisi post requisitione desistant, à præmissis intra mensem, & damnificatis ecclesijs emendandam intra duos menses faciant. In Cle. de deci. cap. Religiosi, Episco. satisfactio ne præmissa.

Tricesimoseptimo, Religiosi, & clerici seculares, inducentes alios ad uouendum, uel promittendum, ut sepulturas apud suas Ecclesias eligant, uel iam electas, ulterius non immutent.

Extrà, de pœn. ca. Cupiètes, Papalis.

Tricesimo octauo, Religiosi de claustris ad audiendas leges, uel medicinam exeuntes, & intra duos menses ad claustrum non redeuntes, & presbyteri, ac alii clerici personatus habentes, intra prædictum spatium ab huiusmodi audiendis non desistentes. Hono. 4. Ne clerici uel mona. cap. Super specula, Episcopalis.

Tricesimonono, Officiales communic-

## CONFESS. 121

munitarum, aut potestates, usuras quibusdam, statutis fouentes. In Cle. de usu. cap. 1. Episcopalis.

Quadragesimo, Clerici minores Episcopis, usurariam prauitatem fouentes, concedendo domus ad exercendum fœnus. Extrà, de usu. lib. 6. ca. Usurarum, Episcop.

Quadragesimoprimum, Qui urbis Ro. dignitates, seu officia usurpant. Extrà, de elect. lib. 6. cap. Fundamenta, Papalis.

Quadragesimosecundo, Dominus & alii rectores, & officiales ciuitatis, in qua Papæ electio celebranda est, sibi iniuncta diligenter non adimplentes, aut fraudem in eis committentes. De elect. lib. 6. ca. Vbi periculum, Episco.

Quadragesimotertio, Mittentes scriptum uel nuncium Cardinalibus, in conclauis existentibus, uel alicui ipsorum secreto loquentes. Extrà, de elect. lib. 6. cap. Vbi periculum, Episcopalis.

Quadragesimoquarto, Religiosi mendicantes immoderate habitacula acquirentes, uel dimittentes, uel transferentes, in alios usus. Bonifa. De excess. præla. cap. 1. Episcop.

Quadragesimoquinto, F



Quadragesimoquintò, Scierter cõmunicantes, auxiliando, fauendo, uel consulendo ei, qui nominatim excommunicatus est in crimine, propter quod est excommunicatus. Inno. iij. de sent. excom. cap. Nuper, Episcopalis, si conditor canonis non seruauit absolutionem.

Quadragesimosextò, Qui scierter & spontè participant in diuinis cum nominatim excommunicatis à Papa. Clemens iij. de senten. excom. Cap. Significauit. Papalis.

Quadragesimoseptimò, Qui fictionem seu fraudem committunt ad hoc, ut iudex personaliter uadat ad mulierem pro testimonio. Extrà, de iudicio, cap. Mulieres, Episcop.

Quadragesimo octauò, Pars quæ procurat, ut de alijs, quàm de manifestis iniurijs, seu uiolentijs conseruatores se intromittant, uel ad ea quæ iudicalem indaginem exigunt, suam extendant potestatem. Extrà, de offi. de leg. capi. Hac constitutione, Episcopalis, præmissa integrali satisfactione.

Quadragesimononò, Religiosi temerè habitum suum dimittentes, uel ad quæuis studia sine debita licentia accedentes, & doctores, qui religiosos habitu

fos habitu suo dimisso leges uel medicinam scierter docere, aut in scholis suis retinere præsumunt. Extrà, ne cler. uel mo. cap. Vt periculosa, Episcopalis.

Quinquagesimò, Simples monachi, & Canonici regulares ad curias Principum se conferentes, ut damnũ aliquod inferant suis prælatis, aut Monasterio. Extrà, de stat. mo. cap. Ne in agro, Epif.

Quinquagesimoprimum, Monachi intra septa monasterii sine licentia Abbatum suorum arma tenentes. Extrà, de stat. mo. cap. Ne in agro, Episcop.

Quinquagesimosecundò, Religiosi parochiale officium circa extremam Vnctionem, Eucharistiam, Matrimonium, & absolutionem excommunicatorum à canone, & statutis prouincialibus, uel Synodalibus, uel etiam à culpa, & à pœna, usurpantes. Extrà, de priuil. cap. Religiosi, Páp.

Quinquagesimotertiò, Religiosi, qui proferunt aliqua, ut audientes retrahant à solutione decimarum Ecclesijs debitarum. Exerà, de pœnis, lib. 6. cap. Cupientes, Episco.

Quinquagesimoquartò, Religiosi suspensi ab officio prædicationis quod



scienter postposuerint conscientiam facere contentibus, de non solutis, decimis, Ecclesiis debitis, si dicta negligentia non purgata, predicare præsumunt. Extrâ, de p. n. cap. Cupientes, Episco.

Quinquagesimoquintò, Religiosi non seruantes interdiftum, quod seruat mater ecclesia, si sit localis ac generalis. In Cle. de sent. ex com. cap. Ex frequentibus, Episcopalis.

Quinquagesimosextò, Qui propter legitimum impedimentum absoluti à sententia canonis, uel hominis, ab eo, qui de iure absoluere non poterat, contemnunt quàm primum commodè possunt, ei à quo de iure erant absoluedi, se præsentare. Extrâ, de sent. ex com. li. 6. ca. Eos. Reincidit in eandem sententiam quaprius ligabatur.

Quinquagesimosseptimò, Qui in locis Christianorum, corpora defunctorum, ad alia loca transferenda exenterat, ac inhumaniter, & crudeliter pertractare, uel pertractari facere præsumunt. In extrauag. de sepult. cap. De testanda, Papalis.

Quinquagesimooctauò, Qui dant, & recipiunt aliquid simoniace, in ordine

dine uel beneficio, uel mediatores fuerint, uel procurauerint, ut huiusmodi fiat simonia. Martinus. 5. in Concilio Constant. Papa.

Quinquagesimononò, qui aliquid ex pacto dat, aut recipit, pro ingressu religionis. Urbanus. 5. In extrauag. cap. Sanè ne in uinea, Papalis.

Sexagesimò, Religiosi, qui ex ordinibus mendicantium ad aliquem monasticum ordinem (præter Carthusiensem) absque sedis apostolicæ licentia speciali, conuolant, & qui ipsos recipiunt. Martinus 5. In extrauag. cap. Viam ambitiosè, Papalis.

Sexagesimoprimum, Qui bona ecclesiastica alienant, & alienata recipiunt. Paulus. 2. In extrauag. cap. Ambitiosè, Episco.

Sexagesimosecundò, Sacerdotes officium uicecomitis, aut Præpositi secularis habentes, & post monitionem emendare nolentes. Extrâ, ne cle. uel mo. capite. Clerici, Episcopa.

Sexagesimotertio, Qui asserere præsumunt tenentes beatam Virginem ab originali peccato fuisse præseruatam, Hæresim, aut peccatum mortale incurrere, & uice uersa. Sixtus. 4. in extrauag. cap. Graue nimis, Papal.



Sexagesimoquartò, Impediētes Legatos, uel nuntios apostolicos, ne recipiantur & faciant ea, ad quæ missi sunt. Ioannes. 22. In extrauag. cap. Super gentes, Episcop. quantum ad hunc canonem.

Sexagesimoquintò, Vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, qui non abstinent ab his, unde possit oriri discordia, uel nutriri in ipsis electionibus. Extrà, de elect. capite Indemnitatibus, lib. 6. Episcopalis

Sexagesimosextò, Qui ordini Prædicatorum, aut Minorum cõtumeliã, seu iniuriam faciunt, intrando Monasteria monialium in casibus non concessis uel libellos in infamiam status ipsorum publicando, uel docedo quod non sunt in statu perfectionis, uel exercendo uiolentiam in loca ipsorum, uel detinendo in Ecclesiis suis apostatas eorum, & eos reiiciendo à consortio Vniuersitatis Parisiensis. Alexander, in priuilegio Ex alto, & in alio, Non sine multa. Item, Bonifa. in priuilegio. Virtute. Absolutio, Papæ, uel Magistro ordinis reseruat.

Sexagesimosseptimò, Cardinales Ro. ec-

Ro. ecclesię reuelantes aliquid in confessorio ueritum à Papa, unde aliquid præiudicii uel scandali nascitur. Leo. 10. in. 9. confessione Concilii Lateranen. Papal.

Sexagesimo octauò, Qui librum, aut quamcunque scripturam imprimere seu imprimi facere præsumunt, nisi prius in Vrbe per uicarium & sacri palatii Magistrum, in aliis uero diocesi bus per Episcopum uel alium peritum ab eo de putatum, & ab inquisitore. Idem, ibidem, in. 10. sessione.

Sexagesimononò, Qui in suis prædicationibus ad populum, miracula falsa, aut incerta, uel prophetias, quę ex sacra scriptura non constant, prædicare, uel Ecclesię prælatis detrahere ausi fuerint. Idem, ibidem, in 11. sessione.

Septuagesimò, Accedentes ad Dominicum sepulchrum sine licentia Papæ. In lib. pœnitentem. Hic casus continetur (ut refert Arch. flo. 3. part. tit. 5. cap. 30. Pap.

Septuagesimoprímò, Qui audiunt scienter legi libros Hæreticorum, & inquisitoribus absolutio reseruat. Sunt & alię excommunicationes, quę non uidentur in usu esse, uel non sunt



## 128 DIRECTORIUM.

generales, sed quæ in hac uel illa diœ  
ceffi uigent, & confessarij (presertim  
qui facultatem ab eis absoluedi non  
habent) debent curare, ut eas noue-  
rint, quæ ligant, ubi ipsi confessiones  
audiunt: Sed dicta de casibus excom-  
municationis sufficere uidentur, ut si  
qui occurrerint, agnoscantur. Qui fa-  
torem tractationem requiret, ad cano-  
nes, uel alios autores, ei recurrere,  
uel certè peritiores consulere licebit.

*De suspensione.*

**S**uspensio est censura ecclesiastica,  
inhabilitans ad executionem ordi-  
num, officiorum, uel iurisdictionis, ex  
aliquo impedimento proueniens, ex  
institutione ecclesiæ habet robur: &  
quamuis pœna sit potius quàm culpa,  
communiter tamen propter pecca-  
tum incurritur, sæpè tamen ueniale.

Qui suspensus est à pontificalibus,  
non potest, quæ sunt pontificalia. Qui  
ab ordine tantùm, non potest ea quæ  
sunt ordinis: si à iurisdictione tantùm,  
non potest quæ sunt iurisdictionis: si  
ab utroque, neutrum potest. Si est su-  
spensus ab officio, & beneficio, non po-  
test agere nomine proprio, tanquàm be-  
neficiarius: nec debet habere redditus,  
licet mediocrem sustentationem habere  
possit,

## CONFESS. 129

possit, si aliunde non habeat unde ui-  
uat. Suspensus à iure etiam propter de-  
fectum corporalem, uel ab homine,  
debet abstinere ab officio etiam post  
contritionem & confessionem, quous-  
que relaxata fuerit sententia: aliàs su-  
spensus à diuinis, uel officio, uel cele-  
bratione, si contra faciat, mortaliter  
peccat.

Cum minora interdantur, maio-  
ra intelliguntur interdicta, non uice-  
uersa: ut suspensus à subdiaconatu in-  
terdicitur à superioribus ordinibus,  
non è contrario.

Quicumque potest cogere per cen-  
suram ecclesiasticam, potest suspende-  
re, excommunicare, & interdicere: &  
qui potest excommunicari, potest su-  
spendi: & debet fieri in scriptis su-  
spensio, monitione præmissa quan-  
do fit propter contumaciam, non au-  
tè si feratur in pœnam delicti comissi.

Quando in sententia suspensionis  
dicitur: Donec satisfecerit, &c. adue-  
niente conditione, non indiget alia re-  
laxatione, sicut excommunicatio.

Suspensus à iure potest ab Episcopo  
absolui, nisi canonicus cõditor sibi refer-  
uet, uel nisi sit suspensus propter pecca-  
tum, à quo nõ potest ipse absoluere. Si



uerò ab homine sententia est inflicta, absoluet qui eam tulit, uel superior: & absolutio fit solo uerbo, reuoco, uel re moueo, uel absoluo à tali sententia: quia non habet propriam formam.

Casus permulti sunt in quibus incurritur suspensio, inter quos est concubinitus notorius clerici, oblatio uel susceptio duelli à clerico. Suspenduntur etiam ordinati extra tempora, uel ab episcopo non suo, uel excommunicato, &c. Suspenduntur & simoniaci: sed de his & aliis qui pleniorum desiderat tractatū uideat canones, uel aliquem ex his qui collegerunt (ut Syluester) aut consular peritos.

*De interdicto.*

**I**nterdictum ecclesiasticum est, quædam prohibitio, quæ in aliqua terra uel ecclesia, uel personis, interdicitur, administratio sacramentorum, uel diuinorum officiorum celebratio, seu executio aliquorum spiritualium. Et quædo prohibentur omnia spiritualia, dicitur strictum: quædo quædam tantū, dicitur largum. Triplex est, locale tantū, personale tantū, locale & personale simul. Et cū interdicitur aliqua urbs locale: cū clerus, personale: eum utrūque urbs & personæ, dicitur locale & personale simul.

Quod

Quodlibet istorum duplex est: generale, ut cum interdicitur tota urbs, uel populus, uel puincia: particular e, ut cum aliqua ecclesia in urbe, uel aliqua persona, uel in uno delicto plures nominantur: & tunc quocunque pergant interdicti sunt, quandiu durat interdictum ( si ad tempus fuit ) uel absoluantur, nec possunt audire diuina, imò in diuinis euitandi sunt, sicut excommunicati, non autē extra diuina.

Potest Papa omnia interdicerē, præter baptismum paruulorum, & penitentiam morientium, & illa sine quibus ista duo non possunt bene fieri: alij prælati non possunt, nisi secundum iuris dispositionem, interdicerē.

**A**d obseruationē interdicti tenetur quis, quando publicè promulgatum est contra personam, uel collegium, uel locum certum, à iudice, specialiter & expresse, non aliter. Sufficit autem scire quòd uicini, & maxime metropolitana ecclesia receperit sententiam, & seruet: & etiam religiosi exempti, nisi habeant super hoc speciale priuilegium, tenentur obseruare. Excusat tamen ignorantia probabilis, non crassa, uel supina.

**C**lero interdicto, non intelligitur

F 6 popu-



## 132 DIRECTORIUM

populus interdictus, nec uice uersa. Et nomine cleri, in materia fauorabili, intelliguntur religiosi, non autem in odiosa. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non sunt interdicti: ideo extra ipsam possunt audire diuina. Si autem populus est interdictus, & Comites & nobiles interdicti sunt, nisi ex priuilegio sint sui iuris, & etiam suburbia, & uillæ, circa ciuitatem, quæ non pertinent ad aliam uniuersitatem.

Interdicto clero, non est interdicta ecclesia: ideo alii clerici licite celebrant in ea. Si ecclesia interdicatur, alia ecclesia cohzrens, uel capella mediante muro, non intelligitur interdicta. Si ueniant homines non interdicti ad alia loca interdicta, nõ poterunt ibi celebrare, neque audire diuina: se- cus si communitas & non locus: exclu- dendum tamen essent interdicti, & curã dum ne uilipendantur censuræ eccle- siasticæ. Qui habitant in populo inter- dicto, non sunt tamen de illo, non cen- sentur interdicti, nec pueri, qui doli non sunt capaces.

Interdictum aliquando emanat à iure, aliquando ab homine. A iure, generale est contra collegium, uel uniuersi-

## CONFESS. 133

uniuersitatem cogetem ecclesias, uel personas ecclesiasticas soluere pæda- gia, &c. Secundò, contra uniuersita- tem locantem domos usurariis, ad exercendam sænus. Tertio, contra uniuersitatem quæ reprefalias conce- dit contra personas ecclesiasticas. Quartò, contra non seruantes seruan- da, in electione papæ. Quintò, con- tra quamcũque ciuitatem (preter Ro- manam) quæ confertit dando auxi- lium, consilium, uel fauorem occi- dentibus, uel percutientibus, Cardina- lem, uel non puenientem infra mensẽ, si poterit. Sextò, contra ciuitatem quæ proprium Episcopum percussit, uel ceperit, aut in exilium miserit. Se- ptimò, contra clericos, uel religiosos, inducentes aliquem ad uouendum, uel promittendũ de sepultura, si in eccle- sia eum postmodum sepeliant, si non restituant omnia intra decem dies. Octauò, contra regnum, uel locum, quando dominus eius impedit, ne le- gatus uel nuntius Papæ possit exe- qui officium suum.

In prædictis tamen casibus (ut di- ctum est) nullus tenetur seruare in- terdictum, ante denuntiationem per iudicem faciendam, Parti-



Particulariter quandoque locus interdicitur à iure. Primò, quãdo ecclesia est polluta per homicidiũ, uel effusionẽ sanguinis iniustã, aut seminis, studiose procuratam. Et ante reconciliationẽ, non debent ibi officia diuina celebrari. Secundò, si propter discordiã patronorũ, Episcopus claudit ostia & tollit inde reliquias, & prohibet celebrari. Tertiò, si ecclesia per simoniam esset consecrata. Quartò, si principaliter pro quãctu. Quintò, si sine licentia diocessani Episcopi. Sextò, si sine reliquijs, uel in loco deserto. Septimò, si hæreticus tradatur sepulture ecclesiasticæ scienter. Ab homine quocunque fertur sententia interdicti, qui potest ferre excommunicationis, undẽ nulla mulier id potest.

Quando ab homine fertur ob cõrumpciam, debet præcedere monitio, & forma tradita. Et defectu monitionis, aliquando est nullum, aliquando iniustum interdictum. Si propter delictum feratur, non est necessaria admonitio.

Forma uerborum in Interdicto, est ista. Nos propter talem causam, ecclesiam, uel ciuitatem, ecclesiastico supponim⁹ interdicto, & secũdũ doctores,

non

nõ potest poni sine rationabili causa.

Ad relaxandum interdum, non est aliqua certa forma uerborum, sed nudo uerbo potest tolli, dicendo, reuoco, remoueo, uel absoluo, & similia. Et si est ad tempus, uel ex conditione, his expletis ex seipso desinit. Sola enim intentione auctoritatem habentis, quocunque modo expressa, relaxatur.

Quando persona est simpliciter interdicta, illa post satisfactionem relaxari debet uel absolui: quando uerò populus, uel locus, soli qui peccauerunt, satisfaciant, & absoluantur. Si illi, in quorum fauorem positum est interdictum, non seruant, nec alij tenentur: & dicuntur uiolare, quãdo maiores ex eis, uel eorum maior pars uiolat.

Interdictum potest relaxari (si est ab homine) ab eo qui tulerit, uel à superiore. Si uerò sit à iure, & conditor iuris non reseruauerit, Episcopus potest relaxare, & nõ inferior ordinario. Si esset terminatum ad certum tempus à iure, non posset tolli ab ordinario, ante illud tempus.

In generali interdicto loci, non per se standum est moderationi cap. Al

ma



m), &c. Id est, ut quotidie in ecclesijs, & monasteriis missæ, & alia officia celebrari possint, sicut prius: voce tamen submissa, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis. Et in festiuitatibus. Natalis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis, Omnium sanctorum pulsatis campanis diuina celebrantur, exclusis tantum excommunicatis: dum tamen illi, propter quos positum est interdictum, non appropinquent altari, id est, non faciant offeritorium, & dies incipit à vesperis uigiliæ, usque ad festi completorium, imò & missa uigiliæ potest includi. Eisdem diebus aqua solemniter potest benedici, & aspergi, panes & fructus benedici, & administrari: benedici uirgines, calices, &c. & nuptiæ in festo assumptionis tantum.

Sacramentum baptismi adultorum & paruulorum, tempore interdicti conceditur, & confectio chrismatism in die Iouis sancti, & chrismatio tantum adultorum quam paruulorum: & penitentia tantum sanorum, quam morientium, exceptis excommunicatis, & illis quorum culpa, uel dolo, lata est sententia, uel dederunt auxilium, &c. Conceditur etiam

uiaticum

uiaticum: existētibus in periculo mortis, & potest portari cum lumine & campanula, nec prohibentur interdicti adorare hostiam, nisi cum diuina officia actualiter celebrantur.

*De irregularitate.*

**I**rregularitas, est nota seu impedimentum canonicum, de facto proueniens, qua quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promorus in eis ministrare prohibetur. Vnde latius patet, quam suspensio, quæ tantum importat inhabilitatem ad executionem.

Tribus modis in genere contrahitur, ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti: nunquam tamen incurritur, nisi secundum illos modos, uel casus, qui expressi sunt in iure.

Sunt autem uiginti tres casus. Primus, per homicidium. Secundus, per ordines susceptus, uel exercitatos in maiori excommunicatione. Tertius, per plures ordines sacros uno die receptos, uel minores cum aliquo sacro. Quartus, per reiterationem sacramentorum imprimendum characterem. Quintus, per apostasiam à fide. Sextus, per infamiam



## 138 DIRECTORIUM

infamiam iuris uel facti que tollit executionem ordinum, & exercitium cuiuscunque dignitatis, & honorem que situm & quærendum. Septimus, per ordinationem ab Episcopo manifestè excommunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspenso, interdicto, degradato: secus si toleratur adhuc ab ecclesia. Octauus, recipièdo ordines ab eo qui renunciauit loco & dignitari, uel ab Italico, si recipiens sit ultramontanus, & celebret. Nonus recipièdo extra tēpora, uel ante ætatē (si à iudice prohibitus celebrat, dum prohibetur (uel sine dimissoriis iuxta multorum opinionem que hodie uidetur teneri. Decimus, ministrando in ordine non habito. Vndecimus, incurritur à suspenso excommunicato uel interdicto, ingrenti se diuinis celebrando, uel faciendo aliquid attributum certo ordini, etiam minori, ut Accolitus, si ut talis id faciat. Duodecimus, propter crimen quo suspensus est à canone si celebrat. Decimustertius, propter bigamiam. Bigami enim nec promoueri, nec exequi actum ordinis, sine dispensatione possunt. Decimusquartus, propter matrimonium contractum ab eo qui est in sacris, uel habet uotum solēne. De

## CONFESSIO 139

ne. Decimusquintus, per celebrationē uel cuiusuis ordinis executionē in loco interdicto. Decimus sextus, propter corporis uitium, id est, si quis est mutilatus aliquo membro, uel debilitatus qualis est cæcus, uel habens manum aridam, uel aliud membrum inefficax siquidem reddatur inhabilis ad frangendum, uel contrectandum hostiā, uel calicem: uel si scandalum generat propter deformitatem. Decimus septimus, propter illegitimationem: Decimus octauus, propter dilationem baptismi in adultis usque ad ægritudinē, nec ista irregularitas tollitur per baptismum. Decimus nonus, quando religiosus egreditur claustrum ad audiendas Physicas scientias, si infra duos mēses non reuertitur, & solus Papa dispensat. Vicimus, quādo Episcopus presbyter, aut diaconus recurrit ad Imperatorem, sub pretextu iniuste excommunicationis, & à solo Papa dispensatur. Vicimus primus, propter heresim Vicimus secundus, quod sit aliquis euriālis, id est, obligatus quacunque causa, alicuius publicæ potestatis curiæ, siue ut officialis, siue ut aduocatus, siue ut miles, &c. Vicimus tertius, propter seruitutem.

Ut au



Ut autem fufius dicatur de irregularitate, quæ contrahitur per homicidium, uel mutilationem actualem, uel cum quis operatur aliquid, quod fit propriè horum caufa, etiam abſque peccato. Aduerte quòd ſi effectus non ſequitur, nunquam incurritur irregularitas, quia ſola uoluntas non ſufficit.

Tres autem regulas ponit. S. Thomas ad diſcernendum, quando huiusmodi irregularitas incurritur. Prima eſt, qui dat operam rei licitæ, adhibens diligentiam quam debet, & non excidens, nec habens uoluntatem occidendi, uel mutilandi, non fit irregularis propter ſequens homicidium. Secunda eſt, qui dat operam rei licitæ non adhibens diligentiam, quam debet, uel exiſtens in culpa commiſſionis, etiam leui, non autem leuiſſima, id eſt, omiſſionis fit irregularis. Tertia, qui dat operam rei illicitæ ſemper fit irregularis, ſub his plurima particularia eluceſcere poſſunt. Et aduerte, quòd iudex, uel doctor, in dubio non debet aliquem iudicare irregularem, ſeipſum tamen in dubio quiſque reputer.

Notandum autem quòd quando irregulari-

regularitas contrahitur propter occiſionem uel mutilationem iuſtam, non eſt ea quæ admitti dicitur, propter homicidium uoluntarium, unde ea non reſeruat ſummo Pontifici, cum reſeruat irregularitas, in quam propter homicidium uoluntarium quiſ incurrit.

Prælati, uel clerici, qui petunt contra aliquem iuſticiam, cum proteſtatione quòd nõ intendunt pœnam ſanguinis, non incurrit irregularitatem, licet ſequatur effectus: nec qui prodicionem uel proditorem reuelat, cum hæc proteſtatione: ſecus ſi non proteſtatur tamen inquiſitor tradens hæreticum iudici ſeculari, licet inſter ut comburatur, non fit irregularis: quia ſolum eis prohibetur executio.

Ut autè melius intelligatur irregularitas, quæ incurritur ex homicidio, uel mutilatione in bello etiã iuſto, nõ tanta ſunt & que ſequuntur. Primò, Clericus repellens uim uij, cū moderate inculpate retele, ſi occidat, nõ fit irregulari. Similiter ſi in bello iuſto de licentia Papæ exprimetis, quòd poſt ſit indiſcriter pugnare, quenquã occidat. Secundò, ſi uratur armis, uel præſter auxilium, cõſilium, uel fauorem, incutien-



incuriendo timorem aduersarijs, si cū  
ij occidatur quisquam, fit irregularis.  
Tertio, qui est in bello iusto cum ar-  
mis defensionis, hortans bellantes &  
intercedens pro eis, dummodo non  
occidat, uulneret, mutilet, non fit irre-  
gularis: si ipsi pugnant, sed non occi-  
dunt, nec mutilant, non sunt irregu-  
lares: & si putat clericus, se occidisse  
potius quàm contrà, censendus est ir-  
regularis, aliter non, nisi alij scirent  
certò ipsum occisse.

Cùm quis absoluitur à peccatis,  
prius debet absolui ab excommunicati-  
one, non tamen ab irregularitate di-  
spensari, quæ secundū se peccatum nō  
est, nec peccatum includit, ut excom-  
municatio: propter clericos tamen uti-  
lis est hæc cognitio confessori.

Tribus modis tollitur irregulari-  
tas: aliqua per baptismum, si uenit ex  
sequela peccati propriè, non autem si  
ex bigamia, nec ex defectu natalium.

Secundò, aliqua irregularitas tolli-  
tur, per religionis ingressum, quæ si  
nō prouenit ex proprio delicto, talis  
n. posset promoueri ad ordines, sed nō  
ad dignitates: tamen faciliat dispēsa-  
tionē religio. Tertio modo, per dispen-  
sationē tollitur omnis irregularitas.

Prælati

Prælati mittentes ad ordines susci-  
piendos subditos, uel Episcopus pro-  
mouens, ipso facto dispensant, si hoc  
intendunt.

Forma consueta dispensandi super  
irregularitate, est talis: Ego dispen-  
so tecum super irregularitate, uel irregu-  
laritatibus, quam uel quas contraxi-  
sti, propter talem uel talem causam:  
uel si contraxisti, quando est dubium.  
Hactenus de censuris ecclesiasticis,  
quantum satis esse duximus ad institu-  
ti opusculi rationem: ubi non omnia  
quæ attinguntur exactè tractanda, sed  
confessarium dirigādum suscepimus,  
ut non tantum his quæ hic didicerit,  
sed & aliis uilibet lectis, bene uten-  
do, officio confessarii melius ad anima-  
rum auxilium & Dei gloriam perfun-  
gatur.

## L A V S D E O.

Ruardus Tapper

LIBELLVS HIC, PIVS EST,  
& utilis Confessariis & Confiten-  
tibus, ut legitimè suo mu-  
nere fungantur.





DE  
 PRESENT  
 VSA SANCTISSIMI  
 SACRAMENTI  
 CIRCUMSTANTIA  
 PER R. P. CHRISTO  
 PHORVM MADRIDIVM  
 DOCTOREM THEOL  
 OGIVM  
 1637

Loc. Beluidery



VINCIVS DE OBLIVIS  
 JORDAN & CO. 1637

PROOEMIUM.



QVOD his tur-  
 bulentis tem-  
 peribus here-  
 ticorū impie-  
 tas tam infe-  
 sto animo san-

ctissimum Eucharistia sacramē-  
 tum oppugnat, Christiani nomi-  
 nis studiosis, & Iesu amatoribus  
 mirum adeò uideri non debet,  
 cùm Dæmones, à quibus Here-  
 ticorum pertinacia corroborat-  
 tur, nihil magis oderint, quam  
 hoc sacrosanctum mysterium,  
 in quo passio Christi perfectis-  
 sime representatur: per quam  
 Lucifer spoliatus fuit tyranni-  
 de, qua toti humano generi su-  
 perbissimè dominabatur. Ve-  
 rùm Christianos ac religiosos  
 uiros frequentationi huius my-  
 sterij adeò molestos esse, ut non  
 G 2 desinant



desinant (nescio quò spiritu ducti) totis uiribus, & magna pertinacia illam dissuadere, & impugnare tanquam periculosam, & superstitiosam etià cum magna Ecclesiæ Dei, & piorum hominum offensione, non possum uelementer dolere: admirorq; quo pacto non uideant Sathanià non iam transfigurantē se in angelum lucis, sed apertè inuidētē copiosissimæ gratiæ, quæ in tanto sacramento nobis (cum dignè sumitur) liberalissimè comunicatur, qua possimus nequissima eius tela extinguere, quibus nos continenter impetit, ne beatitudinem illam, quam ipse sua superbia perdidit, consequamur. Nolo enim pro modestia Christiana existimare, uiros, qui hanc perniciosam doctrinam in Ecclesiâ Dei dissemināt, agi peruerso iniquoque animo: sed forsitan eius-

san eiusmodi zelo, quæ non esse secūdum scientiã planè me, per gratiam Christi, ostensurū confido in explicatione quæstionis statim tractandæ, ex qua frequentationem sanctissimæ Eucharistiæ ex amore Christi utiliore, ac fructuosiore esse, quàm abstinentiam ab ea ex irreuerentiæ metu, liquidò constabit. Christus Dominus faxit, ut hanc ueritatem omnes intueantur. Nobis certè non aliū huius suscepti laboris finem, quam diuinæ gloriæ, salutisque animarum rationem (qui uinculus est totius societatis Iesu scopus) propositum profite mur. Hinc adeò Lectorem uehementer oramus, ut quæ in hoc bello placebunt, ea Deo bonorū omnium autori accepta referat: si qua uerò displicebunt, animū uoluntatēque nostram, qui communi bono studemus, attendat.



PROPOSITIO QVAE-  
stionis agitandæ, cum tribus do-  
cumentis rei explicandæ  
conuenientibus.

CAPVT I.



VAESTIO igitur, quæ agitanda & dissoluenda proponitur, est: An, si quis sacramentum Eucharistiæ ritè accipere possit, & sine peccato

nihilominus abstinere, melius faciat frequenter accipiendo, quàm abstinendo. Vt autem res tota planius intelligatur, & à notioribus progrediamur, proponemus tria documeta, quorum primum erit.

Quamuis in personis deuotis tam religiosis quàm secularibus, & non nimis occupatis in secularibus prophanisque negotiis, quæ mentem à Diuinis nimium auocant, laudabilis ac fructuosa sit quotidiana sacræ Eucharistiæ sumptio, & id comprobeat autoritas grauissimorum Doctorum tam ueterum sanctorum, quàm recentium Scholastico-

Scholasticorum, ac etiam firmissimæ rationes euincant (ut postea ostendemus) unde non sint huiusmodi homines uituperatione, sed potius laude uel maxima digni: Nihilominus tamen quod nos intendimus in hac disputatione, id est, Frequētationē communionis, saltē octauo quoq; die, dignè accedentibus laudabiliorem, utiliore & fructuosiore, quàm abstinentiam à tali frequentatione esse.

Alterum documentum est, Exceptis aliquibus casibus, in quibus de sententiâ Doctorū ex præcepto, quis communicare iubetur, quilibet potest reliquo anni tempore sine peccato abstinere à communione, etiam existens in statu, in quo potest laudabiliter communicare, quia tum, cum nulla astringatur lege, abstinendo à communione non peccabit. Vnde quum dicitur laudabilius & utilius esse frequētē communicare, quàm abstinere, neutiquam intelligimus abstinentes à frequēti communione aliquo propterea peccato obstringi: sed eos melius facere, qui ex amore frequentant, quàm qui ex timore se summouent, tametsi id sine crimine facere possunt. Quamē in re nos quidem aduersariis no-



stris modestiores uideri cupimus, qui nolumus reprehendere eos, qui ex tanti reuerentia Sacramenti, communioni se abstinent, sed cum D. Augustino, & Beato Thoma eos pro sua fide agere sinimus: cum ipsi contra partem Christianè, & contra eosdem doctores, eos qui ex deuotione & amore ad tam saluiferum sacramentum accedunt, reprehendere, deterrere non desinant.

Tertium documentum: ut dicatur quis laudabiliter hoc Sacramentum accipere, dignè accedat oportet. Dignitas autem hic tripliciter intelligi potest: primò pro quodam naturali ualore, & còdignitate (ut Theologicè scholè more loquamur) sumētis hoc Sacramentum: & hoc modo nulla creatura, quamuis, excellens, ne ipsa quidè beata Virgo dignè poruit hoc dignissimum Sacramentum accipere. Quid enim est homo, aut alia creatura, ut cū D. o comparetur? aut quæ proportio finiti ad infinitum? Deinde potest dignitas accipi pro quadam perfectione uirtutum ac donorum, & præcipuè reuerentiæ ac deuotionis, ut scilicet ille dicatur dignè accipere, qui cū quadam eminentia uirtutum & magna reuerentiâ & deuo-

& deuotione accipit: alioqui dicitur indignè accipere. Sed neque hæc dignitas ad dignam huius Sacramenti sumptionem exigitur: Immo sepe in frequenti eius usu à Deo illa donatur. Quam enim sint dona Dei, in frequentatione huius tanti Sacramenti, & dantur, & augentur. Vnde, inquit Gerlon: qui nolunt accedere ad hoc mysterium sine talibus donis, similes sunt frigidis, qui nolunt accedere ad ignem, nisi prius sint calidi.

Postremò capitur dignitas pro dispositione, quam Deus requirit in homine, ut Eucharistiâ sine ipsius offensione accipiat. Et hæc nil aliud est in peccatore, quàm uel diligens peccatorum inquisitio, ipsorumque detestatio, ac constans uitæ corrigendæ propositum cum uera & integra omnium delictorum confessione: addendo insuper, ut nullum superiorum interdictum impediatur: uel in eo, qui non est sibi conficius admisi criminis, fides, quæ per dilectionem operatur. Et hæc est dignitas, quæ exigitur, uti dignè quis ad hoc Sacramentum accedat. Qui uerò sine hac dispositione accedit, proculdubio indignè accedit, & de eo inquit Paulus: Qui indignè manducat, iu

I. Cor. 11.

G § dicitur



etiam sibi manducat: illamque dispo-  
sitione desiderat idem Paulus, quum  
ait: Probet autem seipsum homo, &  
sic de pane illo edat, & car. In hac  
etiam dispositione includuntur om-  
nia quæ sacri Doctores ad dignam Sa-  
cramenti huius sumptionem requirunt.  
Quod si in aliquibus suæ doctrinæ lo-  
cis eximias quasdam uirtutes deside-  
rare uidentur, eas non tanquam ne-  
cessarias, sed tanquam conducibiles  
exigere arbitramur, si quidem quod  
maior est recipientis dispositio, eò be-  
nignius sua dona liberalissimus domi-  
nus confert.

Ex his illud efficitur, imperfectio-  
nem uirtutum, & deuotionis ac reueren-  
tiæ diminutionem, quæ non excludit  
hanc dignitatem, non reddere homi-  
nem indignum ad sumptionem huius  
sacramenti, immo posse fructuosè uti-  
literque accipere cum ea diminutio-  
ne reuerentiæ ac deuotionis, quæ in  
ipsa sumptione solent sæpenumero uel  
Sacramenti donari & augeri.

*Quàm grauitè peccent, qui indignè ad Eu-  
charistiæ sacramentum accedunt.*

Cap. II.

**E**xcellentissima huius Sacramenti  
dignitas nobis ostendit, quam fla-  
gitiosum

gitiosum sit ad illud sine dispositione  
& dignitate tertio modo dicta accede-  
re: quod & magis nobis cõstabit, si in-  
tenta mentis acie consideremus in eo  
sumi Christum Deum, ac redemptorẽ  
nostrum, qui cum sit summa æquitas,  
nihil æquè odit ac iniquitatem & pec-  
catum. Odio enim sunt Deo similiter  
impius & impietas eius, ut inquit Sa-  
piens Et in Psalmis dicitur: Odisti om-  
nes qui operantur iniquitatem. Et do-  
minus per Moysen auersatur impium.  
Et meritò quidem. Quæ enim est, in-  
quit Paulus participatio iustitiæ cum  
iniquitate? aut quæ societas luci ad te-  
nebras? Quæ autem conuentio Chri-  
sti ad Belia? Idè quoque Paulus alibi  
docet: cum ait: Qui enim manducat &  
bibit indigne, iudicium sibi manducat  
& bibit: id est, iuxta glossam, sua man-  
dicatione se dignum damnatione effi-  
citur. Et Chrysolomus: Sacrificiũ hoc  
(inquit) cibus est spiritualis. Sicut cor-  
poralis cibus dum uentrem inuenerit  
aduersis humoribus occupatam, am-  
plius lædit, magisque nocet, & nullũ  
præstat auxilium: ita & hic spiritualis  
cibus si aliquem reperit malignitate  
pollutum, magis eum perdet, non sui  
natura, sed accipientis uitio.

Sap. 14.

Psal. 5.

Exod. 23.

2. Cor. 6.

1. Cor. 11.

Chrysof.



Bernardus etiam de modo uiuendi ad  
sororem, sermone de communione  
ait: Ergo quid manducat peccator, &  
quid bibit? non utique carnem & san-  
guinem spiritualiter ad suam salutem,  
sed iudicium ad suam damnationem:  
licet uideatur cum cæteris Sacramen-  
tum altaris percipere. Et in eodem ser-  
mone: Corpus Domini sine dubio est  
uita illis, quibus Christus est uita. Il-  
lis uerò est mors, qui per culpam &  
ignorantiam ac negligentiam mem-  
bra sunt diaboli. Ad hæc quàm graue  
sit scelus, quantamque perniciem indi-  
gna huius sacramenti sumptio secum  
afferat, inde colligitur: quod à Sanctis  
Iudæ proditioni cõparatur. Vnde Bea-  
tus Hieronymus in quadam epistola  
ad sacerdotes: Dic, inquit, quisquis  
fueris, qui sacramenta sumis, qualiter  
cum eis labiis filiũ Dei oscularis, qui  
bus osculatus es labia meretricis. O  
Iuda filiũ Hominis osculo tradis? Et  
Beatus Augustinus. Non minus peccant,  
qui tradunt Christũ peccatoribus mē-  
bris, quàm qui Christum tradiderunt  
crucifigentibus Iudæis. Traijciunt.  
In Christum in peccati locum, qui est  
in potestate demonũ, sicut Iudas tradi-  
dit ipsum manibus iniquis Iudæorũ.

*Hierony.*

*Augustin.*

Beatus

Beatus etiam Remigius: Vx, inquit,  
tradentibus Christum ad crucifigen-  
dum, sed uæ cum maligna conscientia  
sub Sacramento sumentibus illum. Ii  
etsi non tradunt Iudæis ad crucifigē-  
dum, tradunt tamen ipsum membris  
inimici ad sumendum. Et beatus Bern-  
ardus in sermone de cœna Domini:  
Qui enim secundum carnem uiuunt,  
& post carnalia euagantur, catena ui-  
tiorum compediti, cum Iuda prodito-  
re uenenum accipiunt, spiritualis sus-  
spendij laqueum incurrũt, grauissimè  
damnandi, tum pro multiplici reatu,  
tum pro Sacramenti contemptu, quod  
reuera accipiunt, sed essentia non salu-  
bri efficacia. Beda quoque ait: In sem-  
piternum uæ homini illi, qui ad men-  
sam Domini indignè accedit. Ille. n.  
in Exemplum Iudæ filiũ Hominis tra-  
dit, non Iudæis quidem peccatoribus,  
sed peccatoribus mēbris, scilicet suis,  
qui Dominici, corporis Sacramētum  
accipere temerariè præsumunt. Com-  
paratur etiam à doctoribus indigna  
sumptio peccator crucifigentũ Chri-  
stum. Sicut enim crucifixores Chri-  
sti, qui sponte ex nimia charitate uitã  
suam pro salute hominum profunderè  
uolebat, ipsum malitiosè in suam per-  
niciem

*Remigius.*

*Bernard.*

*Beda.*

*157*



niem occiderunt: ita & indignè cõ  
municantes passionis Christi memo-  
riale, quod ipse ur medicinã salutarẽ  
in peccatorũ expiationem nimio amo-  
re reliquerat, quantum in ipsis est,  
evacuant: non sibi ad salutem, sed in  
interitum sempiternum sumentes. Et  
quidẽ Iudæi, si Regem glorię cogno-  
vissent, nunquam utique crucifixif-  
sunt: Tu verò quoties indignè sumis  
hoc salutare Sacramentũ, quantũ in te  
est, & sciens & uolens tories Christũ  
cruci affigis. Ad hæc non nisi puros in  
tegrosque & ab omni peccati labe im-  
munes ad sacrosanctum Eucharistię  
mysterium accedere oportere, in Exo-  
do significatum est: cum Aarõ eiusque  
filiis præceptum fuit, ne tabernaculũ  
testimonii accessuri ad altare, ut in eo  
domino thymiana offerrent, nisi prius  
manus, ac pedes lauissent, ingrederen-  
tur. Quòd si tanta corporis munditia  
ad altare thymiamatis accessuris ne-  
cessaria erat, nos, qui in lege gratię  
fumus, illois animis ad Christi cor-  
pus sumendum accedemus: Idem & in  
Leuitico præsignatur, ubi legitur: Si  
quis de semine Aarõ maculam habue-  
rit, non offerat Deo panes, neque ad  
mysteriũ eius accedat. Christus etiam  
apud

Exod. 30.

Leu. 21.

apud Ioãnem, corpus suum discipulis,  
nisi prius lotis eorum pedibus, tradere  
noluit. Qua re satis profectò declara-  
uit; antè prauos animorũ affectus esse  
purgandos, quã ad sacram ipsius cor-  
poris sumptionem accedatur. Idque  
nobis significare ipsum uoluisse, inde  
colligitur, quòd cum non uetuisset di-  
scipulos suos communes cibos illotis  
manibus sumere, ad hoc sacramentum  
non nisi lotis pedibus, id est, prauis af-  
fectibus purgatis eos accedere pas-  
sus est. Quos quia Iudas mundos ad  
illius sumptionem, facta externa pe-  
dum lotionem, non habuit, miserimũ  
sortitus est exitum: siquidem laqueo  
suspensus ad inferos æternis crucia-  
tibus torquendus est deturbatus. Et  
Paulus, quod periculum eos maneat,  
qui impura mente Eucharistię sacra-  
mentum accipere audent, memorat:  
Ideo inter uos (inquit) multi infirmi  
& imbecilles, & dormiunt multi. Ex his,  
& aliis, quæ breuitatis causa præter-  
mitto, satis constat, quã nefarium  
sit scelus, tam dignum sacramentum  
indignè sumere. Hæc autem attu-  
li, ne, qui frequentationem illius re-  
prehendunt, eos nos probare existi-  
ment, qui obscuro ore & immundo  
corde

Ioan. 13.

Math. 15.

1. Cor. 11.



corde accedunt: cum ipsos maxime uiruperemus, & hortemur unumquemque cum Paulo, ut probet seipsum homo, & sic de pane illo edat: probet se, inquam, per ueram cōtitionem, & integram suorum peccatorum confessio- nem: probet se per deterioris uitę in uitam sanctam, in uitam tãto hospite dignam mutationem. Neque enim in eo uersatur quęstio, an impius & indignus frequentado hoc Sacramentum melius agat, quàm abstinendo. Iam. n. ex supradictis constat, eum non solum non melius agere, uerum iniquissimę agere, si uel semel accipiat. Sed quod hic queritur, est an existens in eo statu, in quo potest laudabiliter communicare, melius ac fructuosius agat, frequentando talem cōmunionem, quàm abstinendo ab ea, & non nisi semel uel iterum in anno communicando.

*Argumenta aduersariorum, & ad ea responsiones Cap. III.*

**S**ic intellecta quęstione, nonnulli, qui sibi religiosi uidentur, rectius ac utilius esse arbitrantur, à frequentı cōmunionē abstinere, quàm frequenter communicare: reprehēdunt que uehementer eos, qui cōtrā sentiunt: qui- que sacrā ipsam cōmunionē frequētāt; suamque

suamque opinionem multis rationib. probare nituntur, quas nos ordine singulas proponemus, propositasque dissoluemus: ex quibus apparebit, quā in infirmo fundamento fulciantur, ad asserendum dogma aded paradoxum, uel ferē idoneus autor, siue priscos patres maioresque, siue recentiores scriptores intuearis, & consulas, nullus inueniatur, qui hac in re non uehementer ab istis dissentiat.

Sic igitur hæc prima ratio: Christū dominum semetipsum in sacramento non nisi semel, idque in ultima cœna post institutionē illius tradidisse: non debere igitur nos ad hoc sacrosanctū mysterium tam frequenter accedere.

Ad quā respōderūt; Agnum paschalem figuram fuisse mortis Christi, & huius sacramenti: quatenus autem sacramenti huius figura fuit, impletā fuisse in ultima cœna, cum hoc sacramentū Christus instituit, suisque omnibus Apostolis tradidit. & cū itatim fuerit subsequuta mors, nō oportuisse hoc ipsum eis iterū tradere: quanquā reuera ex sententiā Chrysostomi & Augustini, & aliorum grauissimorum Doctorum, Christus post resurrectionē duobus discipulis, quibus Emaus perēci-

bus

*Chryost. ho  
mil. 17. in  
Math. Au  
gu. li. 3. de  
cōsen. Eua-  
gel.  
Luc. 24.*



## 162 DE FREQUENTI

bus se comitem adiunxit, communio-  
nem tradidit, ubi Dominum illi in fra-  
ctione panis agnouerunt. Verum satis  
hanc frequentationem probasse uide-  
mus, cum inter cenandum instituto  
iam Sacramento, datoque discipulis  
suis, hortatus est eos, ut idem facerent:  
Hoc facite, inquit, in meam comemo-  
rationem. Quod & ipsi accurate satis  
seruauerunt, ut ex Apostolicis Actis,  
& ex Paulo mox ostendemus.

Deinde uulgata illa producent ex-  
pla B. uidelicet Marcum Euangelistam  
sibi pollicem amputasse, ut sacerdotio  
ineptus reperiretur, autore Hierony-  
mo in prologo in Marcum. B. etiã Fra-  
ciscum, aliosque sanctissimos uiros ob  
tanti reuerentiam Sacramenti sacerdo-  
tium recusasse. Beatum quoque Bene-  
dictum diu à communione abstinuif-  
se. Ergo nos nocentissimos non debere  
ad illud tam audacter accedere.

*Gerson.*

Sed facile est cum Gersone cancel-  
lario Parisiensi respondere: Facta quo-  
rundam sanctorum pia interpretatio-  
ne uenerari, & admirari magis, quam  
imitari nos oportere: sunt enim dona  
& uocationes in diuersis, prout spiri-  
tus sanctus uult. Varia nanque opera-  
tus est Dominus in sanctis suis, in qui-  
bus

## COMMVNIONE. 163

bus semper & ubique est mirabilis, ad  
commendationem diuersarum uirtu-  
tum. Nam contra Diuus Gregorius. 4.  
Dialog. narrat, Casiũ Episcopũ Nar-  
niensem, qui quotidianum sacrificium  
Deo offerre consueuerat, seque in la-  
chrymis inter ipsa sacrificiorum arca-  
na mastrabar, mandatum Domini ac-  
cepisse, dicentis: Operare quod opera-  
ris, non cesset pes tuus, non cesset ma-  
nus tua: natali Apostolorum uenies  
ad me, & retribuam tibi mercedem  
tuã: eumque post septem annos ipso  
Apostolorum natali, cum Missarum  
solennia peregrisset, confestim migra-  
se ad Dominum. Hinc igitur intelli-  
gi debet hanc Deo in uno, illam in alio  
placuisse uirtutem. Ceterum etsi nil  
illis sanctis humilitas & modestia lau-  
datur, quã Sacerdotum propter dighi-  
tatis magnitudinem recusarunt, non  
inde sequitur, eos non frequenter cõ-  
municasse: immo constantissimẽ cre-  
dendum est, Beatum Marcum alio-  
rum Apostolorum traditiones, & con-  
suetudinem nascentis Ecclesie secu-  
tum fuisse: in qua se frequentabarum  
communio, ut est in Actorum secundo ca-  
pite, ubi legitur: Omnes fideles erant  
perseuerantes in doctrina Apostolo-  
rum,

*Gregorius,*



rum, communicatione, & fractione panis. Et hunc fuisse morem & disciplinam surgentis Ecclesie, postea pluribus ostendemus. Beatum quoque Franciscum pie credere possumus, ut erat religiosissimus, frequentii communione usum fuisse. Quod, si Beatus Benedictus legitur diu abstinuisse a communione, id non eo fecisse existimamus, quod timeret ad hoc sacramentum accedere, quo se, cum instare mortem uideret, tam pie ac religiose communiit, sed cum in uasam solitudinem secedere decreuisset ubi diu ab hominum semotus consuetudine laeuit, sacramentali uti sumptione non potuit, sed spiritali tantummodo fruebatur. Cu uero ad cenobia communia aliis uita adurus se contulit, non dubitamus, quin pro ipsius in Christum deuotione ad priuam illius frequentationem redierit, qua ante discessum ad eremum usum eum fuisse constantissime credimus. Quod si aliter se res habet, non ideo frequens sacre Eucharistie usus reprehendendus est, quem tot sanctissimi, ac doctissimi Patres uerbis rebusque gestis ac moribus (ut postea docebimus) tantopere commendauerunt.

Aiunt

Aiunt preterea: Paulus monet, ut probet seipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Hec autem probatio, que adhibetur, ut dignus quis accedat, & non sibi iudicium manducet difficilis est & periculosa: quia nemo scit, utrum amore, uel odio dignus sit. Et: Qui amat periculum, peribit in illo. Ergo tutius est raro, quam saepe communicare.

His, que in tertio documento posuimus, haec obiectio labefactatur. Probatio enim quam requirit Beatus Paulus in peccatore, est diligens conscientiae examinatio, & omnium mortalium peccatorum contritio cum firma uitae corrigendae deliberatione, cumque integra eorum confessione. Vel, in iustificato, si des, que per dilectione operatur, quam scholastici doctores fidem formatam uocant. Qui hoc ex animo fecerit, confidens magis Christi gratia, quam sibi, satis probatus accedit. Neque enim in hac probatione certitudo aliqua super naturalis desideratur, qua se a peccato uacuum, uel Deo gratum esse cognoscat: quia haec habetur solum per reuelationem: nec requiritur certitudo naturalis, que habetur de necessariis uel contingentibus per experientiam cognitis: sed satis est certitudo moralis, que ex pro-

1. Cor. 10.

Eccle. 9.

Eccle. 3.



ex probabilibus coniecturis existit, qualis sufficit in mortali negotio, & actibus humanis, ut ait Philosophus 1. Ethico. Et hæc certitudo satis habetur per probationem iam positã. Nec ea probatio est adeò difficilis, si modò diligẽtiam adhibere quis uelit. Quòd si quo modo difficilis est, longè profectò difficilior est ei, qui semel tantùm in anno Eucharistiam sumit: cùm ex doctrina Sanctorum nulla uia sit ad bene se disponendum facilior, quàm frequens huius Sacramenti perceptio. Ad illud Ecclesiasticũ: Nemo scit utrũ amore, uel odio dignus sit: responderi potest, primò: Loqui eum de amore, uel odio finali: ut ex sequentibus in eodẽ contextu colligitur: sed omnia in futurum seruantur incerta. Vel potest dici, neminem scire certitudine supernaturali, uel naturali, ut superius dictum est, sed certitudine morali facile posse, & hæc per se satis est, ut quis probatus accedat: neque amat periculum quĩ sic accedit. Nam ægrotus, qui de optimi & peritissimi medici sententia consilioque accipit medicinam, nequiquã se periculo mortis exponit: sed contra potius optima ratione salutis consulit, uitamque suam ruetur.

Obiiciunt

Obiiciunt adhæc Augustinum in libro de Ecclesiasticis dogmat. ita scribentem: Quotidie Eucharistiæ communionem accipere nec laudo, nec reprehendo. Ergo, ne se exponat periculo peccandi, melius est abstinere, quàm communionem frequentare.

Ad quam rationem primò dicimus, librum illum de Ecclesiasticis dogmatibus multorum doctissimorum uirorum iudicio ex Augustini officina non prodisse, sed ab Aluino esse conscriptũ, ut colligitur ex Ioanne Tritemio, de scriptoribus Ecclesiasticis. Idq; quàm uerum sit, uel ex eo intelligitur, quòd ipse Augustinus in multis locis suæ doctrinæ quotidianam sumptionem sanctissimæ Eucharistiæ uel probat, ad eãque Christianos adhortatur, uel certè unumquemque agere pro suæ fidei deuotione permittit, ut postea planius ostendemus. Sed sic cuiusuis ille liber, siue Augustini, siue Aluini, certè illa autoritas, quam aduersarii magni faciunt, tantũ abest, ut nostro proposito aduersetur, ut etiã maximè hanc, quam nos asserimus, ueritatem confirmet. Vbi enim dicit: Quotidie Eucharistiæ communionem accipere nec laudo, nec reprehendo: statim subiungit: Omnibus

Augusti.

Ioannes Tritemi.



Omnibus tamen diebus Dominicis communicandum suadeo & horror, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Ex quibus uerbis, Dominicis saltem diebus frequentare communionem laudabilis erit, quam abstinere, cum ad id nos ille author hortetur. Et hoc est, quod præcipue in proposita questione uersatur. Præterea postquam hic dixit: Quotidie communionem accipere nec laudo, nec reprehendo. Idem in Epistola 118. scribens ad Ianuarium. ita ait: Si quisquam dixerit non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius affirmat quotidie, faciat unusquisque quod secundum suam fidem pie credit esse faciendum. Itaq; si Augustinus non reprehendit quotidie communicantes: sed, ut faciat unusquisque quod secundum suam fidem pie credit esse faciendum, suadet: quare tu tam facile ac temerarie reprehendis eos, qui ex deuotione, & secundum suam fidem pie quotidie uolunt communicare? Ut eodem argumento utamur, quo Beata Catharina Senensis usa est, cum cuidam tam frequentem communionem hac Augustini auctoritate sibi obijcanti, coram multis ita respondit ( ut in

*Augusti.*

*Beata Catharina.*

in uita ipsius scribit Beatus Antoninus) Ex quo Augustinus non me uituperat in dictis suis, quare uos, Pater Reuerende, me uituperatis? Quod si Augustinus, uel quicumque alius fuit ille autor, nec laudat, nec reprehendit quotidie communicantes, id non ideo fit, quod minus præstet quotidie communicare: sed quia cum sit ea res ex his, quæ in utranque partem torquentur, potest bene & male, cum fructu & cum pernicie sumi. Ut enim est uita bonis, ita etiam mors est malis. Neq; uerò, si ex fide & deuotione quis sumat, non bene & cum uberrimo fructu sumit. Quare desinant passim obicere huius Doctoris auctoritatem, qui cum aperte contra ipsos faciat, nostramque ueritatem confirmet, uel in hoc isti suam insecritiam, uel deprauatum affectum produnt. Quædò rectius agerent, si discussis iam falsitatis tenebris, præsentem hac ueritatis luce, nobiscum, imò uerò cum omnibus Orthodoxis Catholicisq; Doctoribus sentiret, ac omnes unam cum eximio illo Doctore hortaretur, ut dominicis saltem diebus communicarent, gustarentque quam suauis est Dominus.

Adducunt etiam aliqui contra frequentem

H

quentem



quentem communionem illud B. Bonaventuræ de profectu religiosorum: vix aliquem uideri ita factum esse, cui non sufficiat semel in septimana ex consuetudine communicare.

Ad quod respondemus, primum: Beatum Bonaventuram non improbare hic semel in hebdomada communionem: quod proposito nostro satis esset. Affirmamus deinde iis uerbis frequentio- rem communionem minus reprehendi, si subsit aliqua causa, cum ille dicat: Sufficere semel in hebdomada communicare: nisi specialis causa, uel ratio sæpius suadeat, sed tantum communionem ex consuetudine magis, quam ex deuotione frequentatam dissuadere uidetur. Et hanc esse huius Doctoris sententiam ex eo perspicuimus, quod paulo post mirificis sacrosanctæ Eucharistiæ effectibus enumeratis, subiungit: Salubre tamen est (inquit) & utile, quod homo sæpe se ad illius medicamenti sumptionem preparer: & quanto deuotius ualet, illud percipere studeat, &c. Et post pauca: Et licet (inquit) tepide, tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedat. Hæc ille. Vnde satis constat ex sententiâ huius uiri, etsi satis sit semel in hebdomada commu-  
nicare,

nicare, non tamen cuiquam bene parato frequentio- rem communionem uentam esse. Ut si peritus medicus alicui sano diceret satis ei fore, si bis in die comederat, non hinc ueretur, si is sanus, indigentiam cibi, ad eumque in alti substantiam conuertendum uim concoquendi idoneam sentiret, ter in die comedere, cum id etiâ magno cum fructu & emolumento fore perspiceret. Quare si ad præstantiam dignitatemque sacramenti, & ad nostram tenuitatem atque indignitatem respiciamus, satis erit nobis, nõ dico semel in hebdomada, sed semel in uita communicare. Si uerò Christi benignitatem & liberalitatem ultro ad hoc sacrum conuiuium nos inuitantis attendamus, non est, cur frequenter accedere timeamus, dum probati (ut diximus) accedamus.

Adhuc contra dicent: tutio- rem uiam semper esse tenendam: cum autem in communionem spirituali nihil, in Sacramentali uerò, quod magna probatio & puritas desideratur, multum sit periculi: satius esse spiritualiter sæpe, Sacramentaliter raro communicare.

Hæc ratio si aliquid probaret, etiâ illud probaret, Eucharistiam nunquam esse sumendam. Semper enim pericu-



lum timeretur. Quo quid dici potest absurdius? Diuus uero Bonauentura hoc argumentum ita refellit: Etiam si sit securius communicare spiritualiter, quam sacramentaliter: est tamen utilius communicare Sacramentaliter. Potest & aliter obiectio dilui, si negetur securius esse spiritualiter, quam sacramentaliter comunicare, imò æquò tutum id esse contendimus: quia dispositio interior, quæ ad dignam sumptionem spirituales requiritur, eadè ad dignam sumptionem sacramentale satis esse puratur: propterea quòd, ut dignè sumatur spiritualiter, conscientiam cuiusuis capitalis criminis expertem esse oportet: & hoc satis est ad dignam sumptionem sacramentalem: ideoque est æqualis securitas: quia dispositiones exteriores, quæ requiruntur, ut ieiunium, & alia, satis certæ sunt, & à periculo uacue. Præterea dicimus esse non solum æquè tutum communicare sacramentaliter, sed etiam magis, ut inquit Adrianus in suo 4. Siquidem frequentius accedendo uirtute operati sacramenti, sæpe quis cum alioqui peccati reus esset, potius ueniam peccati assequitur, quam ex sumptione nouo se peccato

Adrianus.

peccato obstringat: dum tamen se, ut dignè sumat, diligenter instituire, & preparare contendat. Illud nanque censetur minus securum, ubi regulatius accidit detrimentum: ut in spirituali sumptione contingit, in qua non confertur ea gratia, quæ in sumptione sacramentali, ut ipsius sacramenti percipitur. Nec dicendum est quis periculo se mortis exponere, ubi remedia adhibet, ex quibus se consecutum sanitatem uerisimili potest coniectura colligere. Ut ergo is, qui se periculisimis medicis credit, etiam si mors cõsequatur, periculo se mortis obicere dicendus non est: ita qui digna prius cura diligentiaque adhibita, de consilio Pauli communicat, ei periculosa esse communio dicenda non est.

Addunt præterea: Qui frequenter communicat, suum commodum spectat: qui uero ex reuerentia abstinet, Dei gloriam, & dignitatem Maiestatis attendit, ad quam ex humilitate ueretur accedere: præstat autem gloriam Dei, quam suum commodum cogitare: ergo melius est abstinere, quam frequentare.

Ad hoc nos ita respondemus, ut ne gemus, qui communicat sacramentali



## 174 DE FREQUENTI

ter, eum suo commodo tantum atque utilitati consulere. Imo uero multo magis diuinæ gloriæ rationem ipsum habere contendimus. Dum enim ad hoc Sacramentum accedit, refert summam Dei charitatem, qua pro nobis dignatus est in cruce pati, refert summam potentiam, qua tam mirabiliter in tam parua sacramenti specie se nobis præbere uoluit: refert infinitam bonitatem, qua se nobis indignis in refectioem animæ donare placuit cibum uitæ: refert denique ineffabilem sapientiam, ut nos eo ordine, quo ab innocentis statu excidimus, repararet. Vnde inquit Innocentius: Panem Angelorum manducauit homo, quatenus unde mors oriebatur, inde uita resurgeret.

Deinde dicunt: Non est frequenter accedendum ad communionem, ne ex frequentatione ad contemptum tam preciosi muneris ueniamus. Nimia familiaritas (ut uulgò dicitur) parit contemptum. Ergo rarius est accedendum, ut reuerentius accedatur.

Respondetur: Et si apud uulgares homines familiaritas solet parere contemptum, inter sapientes tamen ac perfectos longe aliter euenit. Quod enim magis alicuius uirtutes præstantiamque perspiciunt,

## COMMUNIONE. 175

perspiciunt, tanto magis eum admirantur ac uenerantur. Sed cum pro conditione huius miseræ uitæ nullus adeo sapiens atque perfectus inueniatur, quin aliquo defectu, qui per nimiam familiaritatem sese prodit, laboret: eo fit, ut aliquando ex nimia familiaritate opinio de aliquo & exultatio minuatur. Ad contemptum autem nunquam sapiens deueniet ob quoscunque defectus, cum nemo sit, qui sine peccato uiuat, Ioannis testimonio, qui ait: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Verum cum Christus Deus ac redemptor noster infinita sit perfectione, & bonitate inexplicabili, quas nos ob nostræ intelligentiæ imbecillitatem, nostræque uirtutis angustias capere non possumus, per contemplationem, & usum huius adorandi Sacramenti propius ad illarum cognitionem accedimus, & quod frequentius illud accipimus, eò planius Christi bonitatem ac beneficia nobis per ipsum collata perspiciamus. Vnde tantum abest, ut hæc familiaritas contemptum pariat (si ex fide, & amore eius accedimus) ut etiam per illam infinitam diuinam perfectionis, ac excellentiæ pelagus penetrantes, in  
H 4 ardentissimum

1. Ioan. I.



## 176. DE FREQUENTI

ardentissimum illius amorem; deuotionem, cultumque rapiamur, ac toti uenerabundi intima animi submissio ne tam immensam Dei ac Christi nostri liberalitatē bonitatēque adorantes, prosternamur. Si. n. Angeli, qui perfectissimē Deum cognoscunt, cū quo familiarissimē assidueque uersantur, cōtinenter laudāt eius Maiestatem, quā adorant Dominationes, ac tremūt pro restates. Cherubin quoque, ac Seraphin non cessant quotidie clamare, dicētes: Sanctus, Sanctus, Sanctus: quo modo nos, si tanti mysterij ratione deprehensa perspectaque frequenter accesserimus, tantorum bonorum largitorem, ac benignissimum redemptorē contemnemus: & non magis eius Maiestatem, quanta maxima possumus reuerentia & religione adorabimus, & summam singularemque bonitatem ac benignitatem amplectemur. Atqui (rursus obiiciēt) uidemus eos, qui frequēter cōmunicant, secularibus negotiis esse distractos, parūque in uia Domini progredi: neque suā uitā excolere melioribus & honestioribus moribus: quæ res uel maximē populi Dei pōt, ac solet offendere: cū potius, ut monet B. Augullinus, deberet mutare

Augus.

## COMMVNIONE. 177

mutare uitā, qui uellet accipere uitā.

Sed respondetur, experiētia cōpertum esse, in eis, qui hoc diuinū mysteriū ex fide & deuotione frequentāt, mirificā fieri uitæ morūque mutationē: eūm luxuriam, impudicitiam, ambitionem, superbiam, auaritiam, alioque humanę uitæ morbos ex animis euellant, & in eorum uitorum locum contrarias, uirtutes inserant, temperantiam, castitatem, humilitatem, liberalitatem, patientiam, rerumque mundanarum contemptum. Quod si aliqui earum rerum amore capti, & humanę uitæ illecebris delinēti, & inanibus curis oppressi, hanc sacram communionē frequentant, id euenit, quia hos nō fides, aut erga Deum charitas: sed potius hypocrisis, uel auaritia ducit. Quales sanē, si modo sunt Catholici, paucissimos credimus inueniri. Si uerō frequentantes communionē aliquādo in aliquod peccatum quauis lethale inciderint, non propterea debet reprehēdi sancta communio, quæ tā uberes nobis parit fructus, cū id uel ab ignorantia, uel à nostræ naturæ imbecillitate proficiscatur. Neque enim propterea quod frequenter quis cōmunicat, statim est confirmatus in gra

H 5 uia,



tia, ut amplius peccare non possit: sed libera in eo uel bene uel male agendi facultas seruatur. Petrus enim accepta cōmunione ab ipso Christo, ea ipsa nocte negauit illum, iureiurando affirmans atque anathematizans se illū nō cognouisse. Discipuli uerō omnes eadē ferē ipsa hora, qua cōmunionē acceperant, relicto Christo, quem usque ad mortem constantissimē sese secutos & nunquā negaturos promiserant, suæ fidei & promissionis obliti, fugerunt. Permittit nāque suos aliquando Deus labi, ut suā imbecillitatē agnoscentes, sub omnipotenti manu eius humiliētur, & ad ipsum alacrius & ardentius cōuertantur, unde inquit Paulus: Cū infirmor, tūc potēs sum. Et in Psalm. 82. Quod si aliqui à cōmunionē ad seruilia opera seculariaque negotia, honesta tamē atq; legitima, & animū non multū à spiritu auocātia (de his. n. loquimur) se referunt: eos minimē reprehendēdos esse existimamus: cū in hominibus simplicibus & uulgi opinione abiectis Spiritus ille diuinus dignū sibi habitaculum, in quo requiescat, sepius parare dignetur.

Mat. 26.

1. Pet. 5.

2. Cor. 12.

Psalm. 82.

Instabunt

Instabunt adhuc, & dicent: Si frequens cōmunitio esset ad eū utilis & fructuosa, ab Ecclesia certē ea indiceretur, & in Religionibus, & Cœnobiis institueretur, ac usurparetur. Sed nihil tale præcipitur ab Ecclesia, nec in Religionibus præscribitur. Ergo non uidetur ad eū utilis.

Ad quod responderetur: inicio nascētis Ecclesiæ, in qua uigebat charitas, eā fuisse per multa tēpora consuetudinē, ut quotidie, uel frequentur cōmunicaret: ut patet ex Act. Apost. 2. & ut paulo post ex Hiero. & aliis ostendemus. Anacletus etiā Papa instituit, ac præcepit, ut omnes fideles peracta consecratione cōmunicarent: recusantes autē Ecclesiasticis liminibus prohiberentur. Deinde decretum fuit in Ecclesia, ut singulis Dominicis cōmunicarent. Postea uerō reuolūtē charitate, Fabianus Papa sanciuit, ut saltem in anno cōmunicarent, in Pascha, Pētecoste, & natiuitate. Demum frigente iam charitate, & penē extincta, Innocentius tertius extra de pœnit. & remis. c. Omnis: edixit, ut minimum semel in anno cōmunicarent, idque in Pascha. Vbi est præcipuē aduertendum, quod quamuis Ecclesia à Spiritu

Act. 2.

Anacletus.

Fabianus.

Innocent.

H 6 sancto



sancto gubernata, toties præceptum communicandi pro temporum conditione mutauerit, nunquam tamen frequentius communicare prohibuit, sed potius ne prohiberetur, prohibuit: ut est in de consec. dist. 2. cap. Non prohibeat: Quod nos postea adducemus. Quod si hac nostra ætate antiquus ille & laudabilis mos frequentius communicandi à Christi fidelibus renouatur, certè amatores passionis eius & diuini cultus, & Christianæ pietatis studiosi deberent ingentes Deo gratias agere, si quid Christianum saperent, quòd aliqua iam foelicitis illius nascentis Ecclesiæ species apparere, & extincta penè charitas excitari, ac reuiuiscere per fidem ac deuotionem ad hoc præclarum & illustre Sacramentum inciperet. Ad id autem, quod de Religionibus dicitur, nos respondemus: In omnibus uerè probatis religionibus morem esse, ut omnes sacerdotes quotidie aut certè frequentissimè comunicènt. De diaconis aut, & Laicis, earum aliqua statuerit, ut singulis hebdomadibus, alia, ut singulis mensibus comunicènt: neq; prohibènt frequentius accedere, si què animaduerrerint fide & deuotione duci, facta coniectura ex

ra ex moribus & uita. Quod si aliquibus ita frequenti communione interdicitur, piè credendum est, illos humilitate, uel aliqua honesta ratione duci, ut periculis, quæ aliquando à malitia hominum proficisci solent, prouideant: quod tamen non est adducendum pro uniuersali documento, cum innumerabiles patres, ac religio si uiri ad frequentationem communionis saepe monachos adhortentur: in quibus est Beatus Apollonius, qui (ut est in uitis Patrum) monebat, ut, si fieri posset, Monachi quotidie communicarent: ne si quis longè se à Sacramèto subtraxisse, subtraheretur à Deo. Et diuus Hieronymus, qui in Regula ad Eustochium, cap. 19. idem facit, ut suo loco docebitur.

Assumabunt quoque, abstinenti esse à frequenti cõmunionem, quod ex ea (ut ipsi putant) reuerentiæ & erga tantum Sacramentum cultus imminutio sequatur: & ex sententia Doctorum, illi, qui diminutionem reuerentiæ, ac deuotionis in frequentatione Eucharistiæ sentiunt, debent abstinere, ut postea reuerentius, religiosiusque accedat.

Ad hoc nos dicimus, D. Thomã in 4. sent. dist. 12. (unde aduersarii materia obiecta

*Apolloni.*

*Hierony.*



## 182 DE FREQUENTI

obicet rationis sumpserunt) ita scribere: In hoc Sacramento duo requiruntur ex parte recipientis, scilicet Desiderium coniunctionis cum Christo, quod facit amor, & Reuerentia Sacramenti, quod pertinet ad donum timoris. Primum horum incitat ad quotidianam huius Sacramenti frequentationem, sed secundum retrahit. Vnde si aliquis experientia comperisset ex quotidiana sumptione augeri amoris feruorem, & reuerentiam non minui, talis deberet quotidie communicare: si autem sentiret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet aliquando abstinere, ut postmodum cum maiori reuerentia ac deuotione accederet. Vnde quantum ad hoc unusquisque iudicio suo relinquendus est. Ex quibus Thomas, cum dicit: si quis ex quotidiana sumptione sentiat, in se augeri amoris feruorem, & reuerentiam non minui, debet quotidie communicare: colligitur, falsum illud dici: qui frequenter communicat, sepe diminutionem deuotionis & reuerentiae sentiet. Alioqui distinctio D. Thomae esset nulla, si nemo id augmentum ex frequentatione sentiret: quae sententia praeterquam quod temeraria est, &

## COMMUNIONE. 183

est, & contra mentem tanti Doctoris, in numerabiles etiam religiosos ac seculares homines danaret, qui quotidie, aut frequenter cum magno (ut credendum est) fructu & deuotionis augmento communicant. Deinde cupere ex te scire, unde noscas eos, qui quotidie communicant, tale deuotionis augmentum non sentire? cum & ipsi dicant se illud experiri, ac ideo frequenter accedere: & D. Thomas unam cum Augustino moneat, unumquodque relinquendum esse suae discretionis iudicio? Quod si tu tale augmentum non sentis, abstineas in Domino: nemo certe molestus tibi erit: tu modum alios suae discretionis iudicio relinquant, & tam caelesti dono, & interna consolatione frequenter gaudere permittas. Praeterea cum D. Thomas ait: Qui sentiret per tale frequentationem reuerentiam minui, & deuotionem non augeri, debet aliquando abstinere: non hoc dicit: Debet abstinere per annum, uel per menses, aut aliquod longum tempus, sed aliquando, id est, tantisper, dum se preparat, ut reuerentius deuotiusque accedat. Ad quam preparationem non requiritur anni, uel menses, sed quoduis tempus quantumuis breue satis erit.



erit. Non enim temporis longitudo facit hominem reuerentem uel deuotum, sed tum præparatio per considerationem tantæ maiestatis, suæque propriæ uilitatis, & indignitatis cognitionem, tum uitæ deterioris in uitam meliorem mutatio. Quod summa quadam cum pietate nos docet B. Ambrosius cum ait: Sic uiue, ut merearis quotidie accipere; qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Aduertendum tamen est, quamuis D. Thomas fuerit in ea sententia probabili quidem, & quæ minimè contra ueritatem nostram faciat: esse tamen multos alios doctissimos uiros, qui ita asserant, quamuis aliqui non sentiant augmentum deuotionis, ac reuerentiæ, immo diminutionem potius ( dummodo absit contemptus ) non debere hos propterea à frequenti communionem abstinere: quia insignis & singularis deuotio, ac reuerentia non sunt necessariæ ad dignam summationem, ut in tertio documento planum fecimus. Vnde Beatus Bonauentura in rebus spiritualibus uersatissimus & in primis deuotus lib. 2. de profectu religiosorum ca. 78. Idem huius sacrosancti mysterii frequentatione loquens,

*Ambros. li.  
5. de Sacramen.  
c. 4.*

*Bonauen.*

quens, sanè quàm piè ac religiosè admonet: Et licet ( inquit ) quandoque tepidè, tamen confidens de misericordia Dei, fiducialiter accedat. Quia si se indignum reputat, cogitet quòd tantò magis eget & necesse habet requirere medicum, quantò magis sen ferit se ægrotum. Non enim est opus ualentibus medicus, sed malè habentibus. Neque ideo queris te iungere Christo, ut tu eum sanctifices, sed ut tu sanctificeris ab illo. Et subiungit: Neque propterea prætermittenda est sacra communio, si quandoque nõ sentit homo specialem deuotionis gratiam, cum se ad illam præparare studet: uel in ipsa perceptione, uel post fortè minus deuorum se sentit, quàm uellet. Vides quanta uerborum pietate nos Doctor hic doceat prætermittendam non esse communionem: quamuis in ipsa perceptione, uel post tepidos & minus deuotos nos sentiamus, cum ad eam nos præparare studemus? Nimirum propter multiplicem uirtutum & donorum gratiam, quæ in ipsa perceptione ab omnipotente Deo nobis benignissimè conferuntur. Quod si sæpe à nobis ea non ita perspicuntur, ac sentiuntur non propterea minus à Deo tribui dicere



cere possumus. Nā ( ut sapienter Beatus Laurentius Justinianus scribit) quē admodum corporalis cibus nos alit, etiam si non sentiamus: ita Eucharistia, nobis quandoque non sentientibus, gratiæ incremento & multorum munerum copia diuinitus animam reficit atque corroborat. Quare non sequitur illud, quod ab aduersarijs significari uidetur, eam uidelicet gratiam & dona minus conferri, quod alii qui in Eucharistiam sumptione illa non sentiunt.

Postremò instant: Qui rarò accedunt ad hoc Sacramentum, magna cum deuotione accedunt: qui uerò sæpe frigidè & indeuotè accedunt, ex quadā potius consuetudine, quàm ex deuotione: ut uidemus in multis sacerdotibus. Quare liquidò constat, melius esse rarò ad communionem, quàm frequenter accedere.

Hoc uerò, quod aduersarij pro firmissimo suæ obiectionis fundamentò constituunt, nos ut salsum omnino reijcimus


reijcimus negamusq; eos, qui rarò accedunt, cū magna deuotione accedere: eos uerò, qui frequenter communicant, frigidè & indeuotè communicare: cū contrarium ferè quotidiana experientia uerius esse comperiamus. Videmus enim frequenter accedentes, multis cū lachrymis suspiriisque accedere: quę satis indicant eos ex fide & in Christū amore accedere: cū è contrario eos, qui rarò uel semel in anno communicant, frigidè & sine gustu, magisq; ex consuetudine semel in anno communicandi, quàm ex uero cordis affectu & amore in Christum saluatorem nostrum, qui solus excitare potest in pectoribus nostris spiritū deuotionis & compunctionis, communicare uideamus. Et quia aduersarij in hac ratione magnum disputationis suę robur uelut in tutissima arce ponunt, nõ grauius argumentum hoc paulò latius explicare, ut ipsi (si uelint sanis oculis inueniri) perspiciant, quàm infirmo argumento & ratione nitentes, tam infesto animo rem à doctissimis & religiosissimis quibusque uiris nõquam satis prodignitate laudatam & comprobatam utuperent. Ac primò dicimus, nos non probare, immo maximè uituperare mercena



mercenarios Sacerdotes, qui nulla tā  
ti Sacramenti deuotione ac reuerētia,  
& tantum spe lucri celebrant in dede-  
cus sacerdotalis dignitatis, in quorū  
promotione si seruarientur Ecclesiasti-  
ci Cananes, satis esset huic malo pro-  
uisum. Verū uehementer horum homi-  
num miror pietatem, qui propter Sa-  
cerdotis uitium tanto studio damnāt  
rem omni laude dignā: & quia aliqui  
indignē accedunt ad hoc sacrosanctū  
ac uenerabile Sacramentum, ideo fre-  
quentē illius usum sine discrimine pe-  
riculosum affirmant: quasi uerō nō ea  
de ratione contra eos dici posset, illius  
usum uel semel tantū in anno impro-  
bandū esse, quia multi peccatorū ma-  
culis inquinati, quales sunt concubi-  
narij, fornicatores, usurarii, uel alijs  
uitijs obstricti ad illud impiē accedūt,  
ne scilicet minus religiosi, minusque  
Christiani uideantur, non autem pie-  
tate, odioque peccatorū adducti. Sed  
absit, ut rē tā utilem ac fructuosam ob  
malē utēriū impietatem damnemus.  
Alioqui nonne eodem argumento isti  
quotidianum usum panis & uini peri-  
culosum probarent esse, quia multi il-  
lis abutuntur, dum aut ebrii fiunt, aut  
se epulis ingurgitāt? Non eadē ratione

Theologia,

Theologia, & alix honesta disciplina  
malæ essent, quum tam multi eas ad  
suā & aliorum pestem, perniciemque  
conuertant? Vitium igitur paucorum,  
quod non ex ipsa re, sed ex praua ipso-  
rum uoluntate oritur, non debet in ar-  
gumentum ad improbandā sanctæ Eu-  
charistiæ frequētationem adduci: præ-  
sertim apud pios & religiosos homi-  
nes, qui magna cum deuotione, & non  
minori cum fructu ad illam accedunt.  
Quod si, dimissis paucis illis merce-  
narijs ac perditis hominibus, ad alios,  
Sacerdotes tam religiosos, quā secu-  
lares respiciamus, quis non uideret  
quanto cum fructu ac deuotione hoc  
mysterium frequēter celebrent? Si ue-  
rō dimissis presbyteris uelimus con-  
uertere oculos ad laicos, religiosas  
que ac seculares fœminas, quis non eo-  
rum, in accedendo ad hoc uenerabile  
Sacramētum, deuotionem, pietatem,  
atque religionem suspiciat? cum præ-  
sertim illorum facies uberrimis perfu-  
sa lachrymis hæc eadem sepe testetur?  
Qua enim alia ui quisquā ad opus tā  
ardū ac laboriosum, nisi religione &  
Christi amore impelleretur? Quanto  
uerō eum fructu accedant, norunt qui  
accipiūt. Est enim hoc māna illud ab-  
scorditum,



## 190: DE FREQUENTI

conditum, & calculus cæcidus, in quo scriptum est nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Certè ex uita & moribus illorum satis perspicitur, quantum in eius frequentatione proficiant. Quòd si nonnulli ex consuetudine, uel hypocrisis magis, quàm ex deuotione ad hoc sacram mysterium frequenter accedunt, & propterea frigide & indeuotè accedunt: admonere aduersarios uolumus, à nobis eiusmodi homines nullo pacto probari, aut defendi, quos in secundo capite grauissimis testimoniis ducti extrema damnatione dignos, æternisque suppliciiis obnoxios constantissimè iudicabimus. An uerò ita deprauato animo aliqui accedant, non facile esse iudicandum: ne, dum alios iudicamus, nosmetipsos condemnemus. Si uerò importunè ad huc obicias, indignū esse, ut qui hoc dignissimum Sacramentum frequentat, sine reuerentia & deuotione accedant: Nos tibi respondemus, si probari accedunt (de iis enim in præsentis disputatione loquimur) utique ex fide, & spe, & charitate accedent. Fieri autè non potest, ut qui iis uirtutibus instructi accedunt, non etiam cum deuotione & reuerentiâ, tanquam illa-

sum

## COMMVNIONE. 191

rum fructu, accedant. Quæ est multorum Doctorum sententiâ, & eorum maximè, qui Contemplatiui uocantur, quibus in hoc genere, ut artis suæ peritissimis & exercitatissimis summa fides adhiberi meritò debet.

*Probationes ad confirmandum frequentem Eucharistiæ usum, tum ex Sacra Scriptura, tum ex ueteri Ecclesiæ iam inde ab Apostolorum temporibus consuetudine, & autoritate de promissa. Cap. III.*

**I**Am uerò, quoniam aduersariorum obiectionibus & argumentis satis esse responsum uidetur: reliquum est, ut ad ipsam ueritatem, quam tuemur, illustrandam accedamus: hoc est, sanctissimæ Eucharistiæ frequentationè, præcipuè singulis hebdomadibus (quod est nostri, ut iam diximus instituti) laudabilem, utilem, maximeque fructuosam esse, & ab omnibus doctis & Catholicis uiris summè probatam ac còmen datam, immo non solum utilè, sed magis utilem ac fructuosam, quàm abstinentiam ab ea, cæteris paribus, sine còtroversia esse. Quam doctrinam spero me per gratiam Domini nostri Iesu Christi, in magnâ consultationem frequenter accedentium ad hanc sacrâ Synaxim, augmentumque deuotionis ipsorum



## 192 DE FREQUENTI

ipſorum ita comprobatorum, ut nulla aduerſariis tergiverſatio relinquatur. Idque planiſſimum fiet tam teſtimoniis ſcripturarum, quàm Catholicæ Eccleſiæ conſuetudine, ac doctrina, cõmunique ferè omnium ſanctorum Patrum tam Græcorum, quàm Latinorũ conſenſu, & firmiſſimis validiſſimisque rationibus: quarum permultæ probant frequentem uſum non ſolùm ſemel in hebdomoda: uerũ etiam quotidie communicandi, præſertim in hominibus à uulgari communiq; uita, ſemotis, & in negotiis ſecularibus ac profanis non multum occupatis. Fatemur tamen in introducenda in populos fideles frequenti communione rationem uel maximam temporum, locorum, & perſonarum habendam, ut ſi ne ſcandalo, rixa, & contentione, & cum quàm maximo pòteſt fruſtu, atque adificatione introducatur, atque recipiatur. Illud etiam affirmamus, in quibuſdam regionibus, ubi conſuetudo communicandi non uiget, uſum frequentis communionis diſſerre ſartius eſſe, quàm cum puſillorum offenſione inducere: tamen ſper tamen, dum & per uerbi diuini concionatores, uel piorum hominum conſuetudinem, tã præpoſiti,

## COMMVNIONE. 193

præpoſiti, quàm ſubditi bene de ueritate, atque utilitate eius frequentationis edocti, eandem cum gaudio ac ſpirituali conſolatione recipiant: & aliis aliorum exemplo ad ſalutiferã huius Sacramenti ſuſceptionem ducantur, & inuitentur. Cum enim populus rudis, & ad diuina munera cognoscenda tardus ſit, aliquorum magis exemplo, quorum cor terigerit Dominus, commoueri, quàm diſputationibus rationibusque impelli ſolet. Cauendum etiam eſt, ne ab ea frequentia abſtinetes reprehendantur, uel irretentur: ſed potius in ſpiritu lenitatis edoceatur, & inſolentur. Quæ omnia (ne ſingula perſequamur) pio & prudenti diſpenſatori cognoscenda, conſideranda, & exequenda relinquimus.

Nunc tempus poſtulat, ut ad propoſitæ ueritatis probationem accedamus. Et quoniam in ueteri Teſtamento hoc digniſſimum Sacramentum à ſpiritu ſancto multipliciter eſt designatum: non erit ab re, aliqua ex multis loca citare, quæ ſacri catholicique Doctores ad illud retulerunt. Ex quibus probare poſſumus, quàm utilis & fruſtuofa ſit illius ſumptio: unde Dauid inquit: Percuſſus ſum ut  
I forum,



*Psal. 107.* fœnum, & aruit cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum : id est, sacram Eucharistiã sumere. Quod si ex obliuione & abstinentia illius tamiseri sequuntur effectus : consentaneum erit, ut ex frequenti illius usu optimi fructus percipiantur.

*Psal. 107.* Idem etiã Dauid alibi ait: Ut exhilarer faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Quod etiã sacri Doctores de Eucharistia dictum interpretantur: cuius est hic singularis effectus: ac proinde constat, quã expedit illam frequenter accipere.

Sapientia quoque clamat: Venite, comedite panẽ, & bibite uinum, quod miseci uobis. Quis igitur erit adeo inhumanus, atque agrestis, ut sapientiẽ tam liberaliter alioqui nos inuitantis conuiuium quã sapissimẽ adire recuset: unde præsertim sit salutarem animã alimoniam roburque relaturus?

*Exod. 16.*  
*Psal. 77.*

Manna etiam, quod perfectissimam sacramenti huius figuram fuisse ex tot sacre scripturæ locis constat, utilem & fructuosam eiusdem frequentationem nobis esse, quamdiu in hac peregrinatione uersamur, ostendit. Quid enim scriptura diuina, cum narrat Moysen filijs Israel imperasse, ut tantum manna quisque

na quisque singulis diebus ( Sabbato excepto ) colligeret, quantum unius diei uictus desideraret: Colligite (inquit) sex diebus : in die autem septimo Sabbatum est domini: iccirco non inuenietur. Quid (inquam) diuina scriptura hic nobis significat: nisi uerum illud manna, sanctissimum uidelicet Christi corpus in Eucharistia singulis diebus præter Sabbatum, sumi posse? Hoc est quotidie, dum per huius laboriosã ac luctuosã uitã desertum peregrinamur à Domino usque ad uerum illud sabbatum, cum ipsum non iam in ænigmatẽ, nec sub aliena figura, sed facie ad faciem in propria forma, sicuti est in gloria patris, uidebimus: si modò Aegypto relicta, per huius mundi desertum integri & innocentes ad uerã promissionis terram totis uiribus contendamus.

Illud etiam maxime, quam nos tue mur, assercionẽ cõprobat, quod quã plurimis locis ueteris Testamenti sacrosãcta Eucharistia in pane, qui quotidianus est cibus, præsignetur: ut extribus infra citãdis locis colligitur: in quibus manna illud, præcipua huius sacramenti figura, panis uocatur. Legitur enim Exod. 16. Ecce ego pluam uobis panẽ

*Exod. 16.*



panes de caelo. Et pauld post. Dabit vobis Dominus uesperti carnes edere, & mane panes in saturitate. Et in Psalmo. 77. Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundātia. Et Sapientie. 16. Pro quibus Angelorum esca nutritiūski populum tuum, & paratum panem de caelo praelicitisti eis sine labore. Multis etiam aliis in locis panis figura huius sacramēti suis se significatur: ut Esaiæ 30. Panis frugum terræ erit uberrimus & pinguis. Ea Leuitici 23. Offerentis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis uestris, panes primitiarum duos de duabus decimis simila. Idem quoque per panem, quem Melchisedech Sacerdos Dei altissimi, obtulit Domino eum Abraham reuertēti à cæde Regem bene dixit: atque etiam per panem illum subcineritium, in cuius fortitudine Elias ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Oreb: per panes demum propositionis signabatur. Quorsum igitur tot in locis sanctam Eucharistiam Panis præsingat? nisi ut quem admodum sanis ac bene ualentibus communis hic panis frequenter sumēdus est, si uitam suam tueri uelint: sic Eucharistiam,

1. Pet. 77.  
Sap. 16.  
1. Sai. 30.  
Leuit. 23.  
Gen. 14.  
3. Reg. 16.  
1. Roi. 40.

Eucharistiam, illius Panis expressam ueritatem, omnibus bene affectis rite que paratis frequenter sumptam, utilem ac fructuosam esse intelligamus? si figuratum figuræ respondere cūm aptissimē maximeque propriē possit, oportet.

Si uerō ad nouum Testamentū ueniamus, & Dominum nostrum apud Ioan. loquentem attendamus: profectō quān sit nobis necessarius frequēs huius sacramēti usus, intelligemus. Cū enim sæpe per peccatum moriamur, & indigeamus uita, accedendum sæpe nobis est ad hunc panem, qui est uera uita, cū ipse dominus dicat: Ego sum panis uitæ. Et: Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Et postea: Ego sum panis uiuus, qui de caelo descendenti: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et Panis, quē ego dabo, caro mea est pro mūdi uita. Quis autem erit adeo arrogās, ut sæpe hoc pane indigere & neget? Quis adeo stultus ac demēs, ut oblata sibi uita, uelit manere in morte? E. ut intelligas eū de huius Sacramēti usu loqui, subiungit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius

Ioan. 6.



## 198 DE FREQUENTI

sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Deinde: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potius. Qui manducatur meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Cum ergo sapissimè alimento indigeamus, & opus sit nobis habere uitam in nobis, & manere in Christo, quod sit per huius Sacramenti sumptionem, quis negabit frequentem illius usum maximè fructuosum nobis esse? Qui uerò aiunt Christum dominum in hoc 6. cap. quia cum multi ex discipulis non planè docti de mysterijs diuinis, audientes illa uerba submurmurassent, atque dixissent: Durus est hic sermo, & quis potest audire? respondit: Spiritus est, qui uiuificat: caro non prodest quicquam: Verba, quæ ego loquutus sum uobis, Spiritus & uita sunt: non de sacramentali, sed de spiritali sumptione loquitur: iis non respondemus, & contra unam cum Chrysostomo & Augustino, & multis alijs Patribus contendimus, Christum hic loqui de sumptione Sacramentali: & quod dixit: Spiritus est, qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Et: Verba, quæ ego loquutus sum uobis, Spiritus & uita sunt dixisse, quia discipuli nimis carnaliter  
iosus

## COMMVNIONE. 199

ipsum uerba intelligebat, credens eius carnem comedi oportere, sicut edebatur animalium carnes, quæ detribus conteruntur. Quos Christus ab errore liberat, docens non carnaliter debere intelligi, quæ dicuntur, sed magis spiritaliter: oportere eos uidelicet comedere sub speciebus panis, sicut ipse postea in ultima cœna instituit: & hoc modo intellectis Christi uerbis sumptio sacramentalis est, non autem carnalis.

Idem quoque ex uerbis Christi probatur Lucæ 22. Postquam enim Dominus Iesu confecit & dedit discipulis suis corpus suum, eisdem dixit: Hoc facite in meam commemorationem: quibus uerbis hortatus est eos, ut sicut ipse confecit & dedit illis, ita & ipsi facerent conficiendo ac dando alius sine aliqua temporis conditione: & quotiescunque illis uideretur expedire, pro populorum utilitate, ac deuotione: quod ipsi Apostoli postea suis temporibus diligenter fecerunt, ut inferius ostendemus. Si uerò Dominus nollet ad frequentem sui corporis sumptionem nos esse adhortatus: quis erit ita audax, ut dânet frequenter accedentes ad mensam, ad quam Dominus tam liberaliter inuitat?



Ad hoc etiam facit illud orationis Dominicæ: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quod Augustinus ad Probam, Cyprianus, Ambrosius, ac Hieron. multique alij Patres, de sancto Eucharistiæ Sacramento di-  
cum interpretantur. Vocatur autem quotidianus, quia eo quotidie indigemus, cum quotidie Deum offendamus: quæ panem docet nos Dominus perere hodie, id est, quotidie. Sic enim intelligit D. Ambrosius lib. 5. de Sacramētis cap. 4. ubi ait: Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Vnde planum fit, nos similiter & fructuosè posse quotidie sumere, quod dominus nos docet quotidie perere. Et quod satis commo-  
eè de hoc Sacramento Eucharistiæ id dictum intelligi possit, argumēto est, quod quem hic Lucas uocat quotidianum, Mathæus ca. 6. supersubstantialem appellat, si ad uerba Latina respiciamus. Græcus uerò codex apud utrūque Euangelistam habet, *το τοπιουσιον*, quod quidem quotidianum, & supersubstantialem significat, Est autem hic maximè animaduertendum, apud utrūque Euangelistam præponi articulum, ΤΟΝ, qui iuxta phrasim Græcā sapissimè emphasim habet, ut hic uide-  
tur,

Augustin.  
Cyprian.  
Ambros.  
Hieronym.

Ambro.

Mat. 6.

το τοπιουσιον  
οιον

tur, atque ideo panem quandam excellentissimum significare. Quis autem potest alius panis supersubstantialis & excellentissimus peti, nisi ipsemet Christus in Sacramento sumendus, qui est panis uiuus, quem qui comederit, non morietur in æternum? quæ est illius uis & natura.

Paulus quoque prioris ad Corinth. 11. ait: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quo in loco D. Paulus hortatur omnes, ut facta probatione (de qua iam loquuti sumus) confidenter accedant. Quomodo igitur non fructuosus erit talis accessus quantumuis frequens, dummodo probatus accedas?

Idem est Paulus paulò superius, nar-  
rans institutionem huius Sacramenti, ait Christum, cum confecisset hoc Sacramentum, suisque dedit discipulis, dixisse illis: Hoc facite in meam commemorationem. Quæ uerba D. Thomas illud cap. enarrans pro frequentatione huius Sacramenti facere docet. Et (ut inquit) ostendat ratione frequentanti hoc mysterium subiungit: Hoc facite in meâ commemoratione, &c.

Ex consuetudine etiã nascentis Ecclesie ab ipsis Apostolis introducta & ser-  
uata

Apost. 1. cor. 11. 26.

I s seruat



202 DE FREQUENTI

seruata idem probari potest. Fuit. nam tunc consuetudo recepta (quam credimus ex uerbis Christi manasse) frequenter communicandi: ut aperte colligitur ex Actis Apostolorum 2. ubi in cōeione, quam post acceptum Spiritum sanctum in die Pentecostes Petrus habuit, legitur: Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa anime circiter tria millia. Et sequitur: Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione Panis, & orationibus. Vnde iam non potest negari tempore Apostolorum in ipsis primordijs nascentis Ecclesie, tanquam uilem & fructiferam, frequentatam fuisse sacram Communionem, cum omnes quorquor conuertebantur ad fidem, in communicatione & fractione Panis perseverarent.

Hanc fuisse quoque consuetudinem primitiue Ecclesie satis constare uideatur ex prioris Pauli ad Corinthios. 11. ubi ait: Conuenientibus uobis in unum, iam est dominicam cenam manducare &c. Vnde apparet consuetudinem fuisse in Corinth. Ecclesia sepe conueniendi ad communionem. Neque Paulus in illo capite ( ne quis fallatur

1. Cor. 11.

COMMUNIONE. 203

fallatur) Corinthios, quod ad communionem conueniant, sed quod non rite conueniant, reprehendit. Conueniebant. n. ueluti ad quotidiana profanaque conuiuia: ubi se uino obruebant, & epulis ingurgitabant, & pauperes, qui ne uictui quidem necessaria habebant, confundebant. Vnde ipse ait: Hoc modo conuenire, iam non est dominicam cenam manducare: ac si diceret: Quod acceditis ad dominicam cenam, digni estis laudes: sed quod non eo modo, quo debetis, acceditis, iam non laude, sed uituperatione digni estis. Et propterea subiungit: Laudo uos in hoc non laudo: quia quando Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, confecit hoc Sacramentum, tradidit illud discipulis, ut probati & digni accedentes recolerent memoriam passionis eius, non ut in comessationibus & ebrietatibus eos, qui non habent, confunderet.

Hanc etiam laudabilem consuetudinem Ecclesiam deinceps receptam seruasse declarat Summus Pontifex Anacletus, qui (ut traditur de consecr. dist. 2. cap. Peracta) edixit his uerbis: Peracta consecratione, omnes communcent, qui noluerint Ecclesiasticis ceteris liminibus. Sic enim & Apostoli

Anacletus.

16 statuerunt,



statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Ex quibus nemo iam catholicus inficiari poterit hanc fuisse & Apostolorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, immo institutum atque sancitum certè iam tum ab Anacleto temporibus usque ad eius decreti ac edicti abrogationem. Hoc autem nunquam statuissent Apostoli, nec sancta Romana seruasset Ecclesia, nec tanta seueritate Beatus Pontifex edixisset, ut singulis diebus sumeretur communio, nisi utilius & fructuosius esset frequenter, quam raro comunicare. Quòd si postea refrigerente deuotione fidelium edictum hoc fuit immutatum: non tollitur, si ex eadem deuotione Christi fideles uoluerint saepe communicare, quin multò melius faciant, quam si ex timore abstineant: cum sola causa mutandæ illius consuetudinis, Pontificiique præcepti diminutio deuotionis, hominum crescente mallitia, fuerit.

*Hieronymus.* Beatus enim Hieronymus in Apologia contra Iovinianum, hanc consuetudinè Romanæ Ecclesiæ suis temporibus fuisse testatur: Scio (inquit) Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles sæpe Christi corpus accipiant. Et in Epi  
stola

stola ad Luciam asserit consuetudinè quotidie Eucharistiam accipiendi in Romanorum Ecclesiis, & Hispaniæ obseruari. Quam consuetudinem durasse etiam per multa tempora credimus. Quarta autem cum utilitate & fructu, ostendit mater Ecclesia, quæ sic in quadam oratione de hoc Sacramento testatur: Sumptis muneribus sacris, quæsumus, Domine, ut cum frequentatione mysterii crescat nostræ salutis effectus. Quod utique Ecclesia, quæ à Spiritu sancto regitur, nunquam cerneret, nisi uerè ex frequentatione sacre Eucharistiæ ingens nobis fructus accresceret.

Ab ijs Apostolorum temporibus manasse, & usque ad hanc nostram ætatem durasse consuetudinem illam censemus, quam receptam summa consensione, & perpetua religione retinet, seruatque antiquissima Ecclesia Aethiopiæ, quæ Preciosi Ioannis potentissimi Regis imperio pareat. Est enim in ea mos (sicut & quidam scribit, & nos à grauissimis uiris accepimus) ut quicumque ad sacrificium Missæ audendum conueniunt, ad unum omnes sacra comunione semper accipiant. Quæ res maximum nobis rubare conueniunt  
Audiumque



Studiumque deuotionis erga hoc sacramentum afferre deberet, cum nationes ab his locis, ubi semper uera & germana sacrosancti Euangelii integritas uiguit, remotissimas hac sepius sumè communicandi consuetudinem etiam nunc seruari comperiamus. Ac ne quis falsò exiltimet apud hos populos raro fieri sacrum, unde mirum non sit, si presentes semper in eo communicent, ille idem autor, qui cum multis Occidentalis Ecclesiæ sociis oculus testis fuit, & hæc memoriæ prodidit, refert apud eos hoc esse in more positum, ut quotidie in singulis Ecclesijs, uel cœnobijs una tantum Missa celebretur, ad quam quicumque conueniunt sacramentum accipiant. Unde huc frequenter comunicandi usum antiquissimum esse, & ab ipso Apostolorum tempore usque ad nostram ætatem in Aethiopiæ Ecclesia seruari fuisse intelligimus: in alijs uerò Ecclesijs ad multa tēpora durasse ex Anacleto, & Hieronymi supra productis testimonijs satis nobis phasse arbitramur.

His quoque addè, Ecclesiã nunquã prohibuisse frequẽtem communionem: immò, ne phiberetur, statuisse, de Cōsec. Distin. 2. ubi dicitur: Non prohibeat

beat dispensator manducare pingues terræ in mensa Domini. Quod si non debet dispensator prohibere pingues terre manducare in mensa Domini: multo minus illi, ad quos non spectat ea dispensatio, prohibere Christi pauperes debent, qui ex deuotione ad hæc sacramentam accedunt: nisi contra iustam & sanctam Ecclesiæ prohibitionem agere de industria uelint.

*Probationes à sanctis Patribus, & Doctoribus Græcis acceptæ.*

## CAPVT V.

Am, quoniam de eximia utilitate, & uberrimoque fructu, qui ex frequentatione sanctæ Communionis exiit, satis multa diximus: quamque laudabile sit frequenter ad illam accedere, sanctæ scripturæ testimoniis, & Apostolorum consuetudine, & nascenti Ecclesiæ instituto, multorumque deinceps populorum consensu ostendimus: Idem confirmabimus autoritate & doctrina sanctorum Patrum, primæ Græcorum, deinde Latinorum, qui eodem ferè studio & consensione comprobant, ac maxime laudant frequentem huius sacræ Synaxis usum, & ad eum Fideles hortantur.

In primis igitur B. Ignatius Epistola. 10.



La 10. ad Ephe. scribit: Festinate, inquit, ergo frequenter ad Eucharistiam, & gloriam Dei accedere. Quando enim hoc ipsum assidue agitur, expelluntur potestates sathanæ, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatū.

Neque uerò B. Chrysof. in Epistola Pauli ad Timoth. Homil. 5. hanc rem prætermittit, reprehendens eos, qui interuallo temporis longiori consistare meritum putant, summamque arbitrantur reuerentiam esse, non sæpius cœlestem illam adire mensam eum tempestiuum accessum sola conscientie integritas faciat. Non grauior paulò alius illius uerba repetere eum ut doctissimè, ita summa cum pietate de huius Sacramenti frequentatione disputet, ait enim: Hoc nempe est, quod uniuersa perturbat, quia non munditia animi, uerum interuallo temporis longiori meritum putas, summamque arbitraris reuerentiam ac religionem esse, si non sæpius cœlestem illam adeas mensam. Ignoras quoniam indigne accedere, etiam si semel tantū fiat, te supplicio tradet: dignè uerò etiā si sepe accedas, salutem inde cõquires? Nō est audacię sæpius accedere ad dominicam mensam, sed indigne accedere

re,

te, etiam si semel tantum quispiam in toto uita: tẽpore accedat. At nos adeò stolidi, adeò insensati sumus, ut cū innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exuerere: ceterum satis arbitramur, si non assidue presumamus atque cõrumeliosè Christi corpus attingere: neque intelligimus miseri, quod hi, qui cruci Christū affixerunt semel tantum id fecerunt: nō igit, uia semel crucificerunt, min⁹ idcirco delictum est: & qui Christū prodidit, semel tantum prodidit: nūquid ergo hoc illū supplicio eripuit? Quid igitur hęc rem tẽporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tẽpus munditia cõsciẽtię faciat. Nihil hęc amplius, quod in Pascha cõsumatur mysteriū, quàm quod continuo celebratur. Vnū quippe atque idē eadē est Spiritus sancti gratia, semp Pascha est. Nottis profectò, q̄ estis initiati, id, q̄ dicimus: si ne sexta feria, siue Sabbato, siue dominica die, siue in celebritate Martyrū, eadem litatur hostia: idem sacrificium consummatur. Quotiescūq; n. (inq̄) manducabitis Panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annunciat. Nulla obseruatione temporis Sacrificium circumscribere uoluit. Hęc

B. Christo-



B. Chryſoſtomus ex quibus ſatis intel-  
ligitur, quàm ſalutare, & circa pericu-  
lum ſit ad communionem ſape acce-  
dere, dummodo conſcientiæ munditia  
probatuſ accedas.

*Chryſoſt.*

Idem Chryſoſtomus in prioris epiſto-  
lae Pauli ad Corin. II. Hom. 28: repre-  
hédés eos, qui ſolénitates obſervábát  
ad hoc ſacramentũ adeundum, magis,  
ut aliorum moré ſervarent, q̄ quòd in  
regra conſcientia eſſent, affirmat ſem-  
per eſſe ſolénnitatem, & tempus acce-  
dendi, ſi adſit animæ puritas. Neq; de-  
bere cõpunctũ & præparatũ à com-  
munionẽ impediri eo quòd non ſit ſo-  
lennitas. Eius verba hæc ſunt: Probet  
autem ſeiſpſum homo: Non quemad-  
modum nũc facimus, temporis gratia  
accederis magis, q̄ animi ſtudio: neq;  
ut præparati ad vitia noſtra expurgã-  
da cõpunctionis plenĩ accedimus, ſed  
ut in ſolennitatibus ſimus, quãdo om-  
nes adſunt, conſideramus. Sed non ita  
Paulus præcepit, ſed unum tempus no-  
uit & conueniendi, & communionem  
ſumendi, ipſam conſcientiæ puritatẽ.  
Et ita purũ illud attingere ſacrificiũ,  
non pigrè diſponi, & miſerè cogi pro-  
pter ſolennitatem accedere. Neq; tur-  
ſum compunctũ & præparatũ im-  
pediri,

*Sic in Ora-  
eo legitur.*

pediri, eo quòd non ſit ſolennitas. So-  
lénitas enim bonorum operum eſt de-  
monſtratio, animæ puritas, uitæ certi-  
tudo, quæ ſi habueris, ſemper celebra-  
re poteris ſolennitatem, ſemper acce-  
dere. Quid clarius ad oſtendendum  
ſemper nos celebrare, & communicare  
poſſe, ſi adſit animæ puritas?

*Chryſoſt.*

Idem Chryſoſt. in Oratione de B. Philogonio idem aſſerit. Nunc autem,  
inquit, multi Chriſtianorum in tantã  
uæcordiam, tantumque uenere contẽ-  
ptum, ut cum innumeris ſcateant ma-  
lis, nullã tamẽ uitæ ſuæ curã habeant,  
ſed in dieb. feſtis negligenter ac teme-  
rè ad meſam accedant, non intelligen-  
tes, quòd communionis tempus nõ eſt  
feſtũ nec celebritas, ſed conſcientia  
pure, uitæq; à peccatis repurgata. Quẽ  
admodum enim qui ſibi nullius mali  
eſt conſcius, hunc oportet ſingulis die-  
bus accedere: ſic qui peccatis occupa-  
tus eſt, neq; pœnitet, ei nec in feſtis ac-  
cedere tutũ eſt. Nec enim ſemel in an-  
no accedere liberat nos à peccatis, ſi  
indignè acceſſerimus: quin hoc ipſum  
auget damnationem, quod cum ſemel  
tantum accedamus, ne tum quidẽ pu-  
rè accedimus. Vides igitur ex ſententiã  
huius doctiſſimi Patris licere tibi quo-  
tidie



212 DE FREQUENTI

tidie ad Eucharistiam accedere, si ra-  
men munda conscientia accedas?

Theophilactus, siue magis sic Atha-  
nasmus, in illud Pauli prioris ad Co-  
rint. 1. 1. Probat autem seipsum homo:  
sic scribit: Neminem tibi iudicē propo-  
suerim, præter te ipsum. Tu itaque con-  
scientia examinata discussaque, adito  
ea mysteria non festis, nõ profectisque  
diebus, sed quouis tempore, cum puris  
te & dignum compereris. Quid cla-  
rius pro nostra sententia dici poterat?

*Probationes à sanctis Patribus Latinis, tam  
ueteribus Doctoribus, quàm recentio-  
ribus Scholasticis si mptæ. Ca. VI.*

Cyprianus.

UT uerò ad Latinos iam ueniamus,  
B. Cyprianus in primis in oratio-  
nem Dominicam Ser. 6. ait: Hunc au-  
tem panem dari nobis quotidie postu-  
lamus, ne, qui in Christo sumus, & Eu-  
charistiam quotidie ad cibum salutis  
accipimus, intercedente aliquo gra-  
uiori delicto, dum abstinenti, & non  
communicantes à cœlesti Pane prohi-  
bemur, à Christi corpore separemur,  
dicente ipso & monente, Ego sum pa-  
nis uitæ, qui de cœlo descendi, si quis  
ederit de hoc pane, uiuet in æternum.  
Quando ergo dicitur æternum uiue-  
re, si quis ederit de pane, ut manife-  
stum est

COMMVNIONE. 213

stum est eos uiuere, qui corpus eius ac-  
tingunt, & Eucharistiam iute commu-  
nionis accipiunt, ita contra timendum  
est, & orandum, ne dum quis absten-  
tus separatur à Christi corpore, pro-  
cul remaneat à salute, comminante ip-  
so & dicente: Nisi ederitis carnem fi-  
lij hominis, & biberitis eius sangui-  
nem, non habebitis uitam in uobis: &  
ideo panem nostrum, id est, Christum,  
dari nobis quotidie petimus, ut qui in  
Christo manemus, & uiuimus, à san-  
ctificatione & corpore eius non rece-  
damus. His uerbis, ut uidet, Diuus Cy-  
prianus commendat uobis frequetem  
Eucharistiae sumptionem, ostenditque  
quantum cõmodi ex quotidiano eius  
usu nascatur, quantumque periculi ex  
abstinentia timendum sit. Et in ser-  
mone de cœna Domini idem Doctor  
meriticè atque diuinitus de digna hu-  
ius Sacramenti sumptione loquitur:  
dignus profectò sermo, qui ab omni-  
bus uerè Christiani nominis studiosis  
semper præ manibus habeatur.

Beatus Hilarius quoq; ut legitur de  
consecratio. dist. 2. sic a 1: Si nõ sunt tã  
ta peccata, ut excõmunicetur quis, nõ  
se debet à medicina corporis & sangui-  
nis Domini separare: unde timendum  
est, ne

Hilarius.



est, ne diu abstractus à corpore Christi, alienus remaneat à salute: qui peccare quieuerit, communicare non desinat.

*Ambrosius*

Præterea Diuus Ambrosius lib. 5. de sacr. cap. 4. in orationem Dominicam ita ait: Si quotidianus est Panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest: si uiue, ut merearis quotidie accipere. Qui non meretur quotidie accipere, nõ meretur post annum accipere. Et paulò post: Qui uulnus habet, medicinam requirit: uulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est coeleste ac uenerabile Sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Quæ uerba, imò integer sermo est apud Augustinum de uerbis Domini, Ser. 28. ut cuiq; uidere licet.

Idem Ambro. li. 4. de Sacram. cap. 6 (& habetur de consecr. disti. 2.) ait: Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo illũ semp accipere, ut mihi peccata dimittant, q̄ semper pecco, sēper debeo habere medicinã.

Et alibi idem Ambros. Graue est (in quit)

quit) quòd ad mensam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non uenimus: sed grauius est, si, quia peccata metuimus, sacrificium non reddimus. Et hoc facit maximè contra aduersarios, qui ob nescio quem timorẽ irreuerentiæ arcent Christi fideles alio qui probatos & dignos à frequenti huius sacri mysterii usu.

Diuus quoque Hieron. ad Luciniũ ita scribit: De Eucharistia quotidie accipienda, quod Romanorum Ecclesiæ & Hispaniæ obseruare perhibentur, scripsit quidem Hyppòlitus uir disertissimus, & carprim diuersi scriptores ex uariis autoribus ediderunt: sed ego illud te breuiter admonedũ puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, ut à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum cõtrario more subuerti. Atque utinam possemus Eucharistiam absque condemnatione nostri & pungente conscientia semper accipere, & Psalmistam audire dicente: Gustate, & uidete q̄ suauis est Dominus. Ex quibus constat, temporibus B. Hieronymi frequentem communionis usum non solum Romæ, sed, ut superius diximus, in Hispania quoque

*Hieronimus*



quoque inualuisse: deque quotidiane  
communione non solum Hyppolitū,  
sed alios quoque scriptores libros edi-  
disse asserit. Vbi etiā uidere est, quā  
religiosè cupiar, ut omnes sine condē-  
natione nostri possemus semper Eu-  
charistiam accipere: quod quidem fa-  
ciet, qui probata conscientia digne ad  
communione[m] acceder.

Idem quoque Hieronymus in Epi-  
stola ad Gala. 4. ait: Itaq; sicut nobis li-  
cet uel ieiunare semper, uel semper  
orare, & diem dominicam accepto Do-  
mini corpore indefinenter celebrare  
gaudentibus: non ita est fas Iudæis im-  
molare Agnum. Ex quibus B. Hiero-  
nymi uerbis constat, licere nobis do-  
minicam diem accepta sacra commu-  
nionem continenter celebrare, quod ta-  
men aduersarii negant.

Idem Hieron. in regula ad Eusto-  
chium cap. 19. consilium dat Moniali-  
bus, ut bis uel sæpius in mense confite-  
antur, atque communicent. Confite-  
antur, inquit, singulæ singulis mensi-  
bus bis, aut pluries crimina occultæ,  
& sacra communione Domini corpore  
munita, pugnatura uiriliter demo-  
num castra sub intrent. Ex supra pos-  
tis Hierony. uerbis facis planum fuisse

fuisse illum in ea sententia, ut com-  
municare singulis Dominicis, uel bis  
in mense, sanctum ac fructuosum  
esse iudicaret: quandoquidem id &  
probat, & suadet, nec unquam dixit ne-  
fas, uel periculosum esse quotidie  
communicare, etiamsi in Apologia cō-  
tra Iouinianum dicat se id nec repre-  
hendere, nec probare. Ad quod respon-  
dimus, ubi de Augustini, uel alcuini  
autoritate agebatur.

Beatus quoque Augustinus, ut est  
de consecra. distinct. 2. cap. Vtrum sub  
figura &c. sic ait: Iteratur autem quo-  
tidie hæc oblatio, licet Christus semel  
sit passus, quia quotidie peccamus pec-  
catis, sine quibus mortalis infirmitas  
uiuere non potest.

Ecce in tractatu Euangelii Ioā. 2. 6. ait:  
Innocentiā ad altare reportate: peccā-  
ta & si sint quotidiana, uel non sint  
mortifera antequam accedatis ad alta-  
re, attendite quid dicatis: Dimitte no-  
bis debita nostra, sicut & nos dimitti-  
mus, &c. dimitte tibi: securus accede: panis est, non uenenum.

Idem quoque Aug. Epist. 128. ad Ia-  
nuarium, respondens ad quorundā cō-  
tentionem, quum alii negarēt quotidie  
accipiendam esse Eucharistiā, alii ue-



no quotidie accipiendam affirmarent, sic inquit: Rectius inter eos fortassis dirimit litem, qui monet, ut præcipue in Christi pace permaneant: faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Quod si Augustinus monet, ut in Christi pace permaneant, & in frequentatione Eucharistiæ et quotidiana faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum, qui sunt isti ad eum seneri, qui eos audent reprehendere, quos uir sanctus monet, ut secundum fidem suam faciant? In his locis Diuus Augustinus uel s'atder, uel per mittit quotidianam Eucharistiæ sumptionem: nec ullibi reprehendit: cum nos nihil aliud in assertionem nostram statuamus, nisi hoc, Communicare singulis hebdomadibus, laudabilius multo, ac fructuosius esse quam abstinere.

Sententia etiam ipsius Augustini, à multis asseritur, in de uerbis Domini Serm. 28. satis aperta est pro frequentatione comunione: quam tamen nos hic non adducimus: quia totus ille sermo uidetur ipsi Augustino attributus, eum tamen totum apud Ambrosium lib. 5. de Sacramentis, cap. 4. ut superius diximus, habeatur.

Quam

Quam quoque assertionem idem etiam August. de Ecclesiasticis dogmatibus. ca. 53. (siue liber ille fuerit Alcuini, ut quidam docti uiri affirmant) probat, cum ait: Quotidie communionem percipere Eucharistiæ, nec laudo, nec reprehendo, omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo, & horro, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Et paulo post rursus hortatur, ut confesso religionis studio per uitæ correctionem, & contraria pro his, quæ peccant, agat, & Eucharistiæ omnibus Dominicis diebus simplex & submissus usque ad mortem percipiat. Vides iam quam pie suadeat hic autor, & hortetur omnes, ut singulis Dominicis Eucharistiæ accipiant? Quod si de quotidiana sumptione loqui uelimus, certe nimium morosus es, ne dicam impius, qui reprehendis, quos Augustinus non audent.

Beatus etiam Gregorius idem innuit, ut est in de conletra. distinct. 2. cap. Quid sit sanguis. Vbi ait: Prouidens enim Dominus dedit nobis hoc Sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest, per illud Sacramentum peccatorum remissionem consequamur. Quotidie

K 2 enim



enim ille comeditur, & bibitur in ueritate, sed integer, & uiuus, atque immaculatus manet.

Et Gregorius septimus libro primo Registri, Epistola 31. ad Matillem sic ait: Inter cetera, quæ cõtra principem mûdi arma Deo fauente cõruli, quod potissimû est, ut corpus Dominicû frequenter acciperes, indicauit, & ut certæ fiduciæ Matris Domini te omnino cõmitteres, præcepi. Qui liber quamuis non sit excusus, dignus est tamen qui legatur, tum propter doctrinæ excellentiam, tum propter uiri sanctitatem.

Bernard.

Beatus etiam Bernardus sic ait: Qui uulnus habet, medicinam quærit: uulnus habemus, dum sub peccato sumus: medicina est sacramentum, quotidie accipe, quotidie curaberis. Vides quod consilium det prudentissimus medicus animarum nostrarum Bernardus?

Et in Sermon. de cœna Domini ait: Quid facis, homo ingratus? adora deuotius, & recole frequentius in Sacramento altaris salutem mundi pro te passam, uitam pro te mortuam, fortitudinem in firmatam. Et in eodem serm. Amici spõsi, & id est, boni Episcopi, boni Abbates, & ceteri timorati ac religiosi uir gustauerunt, & plenissimè sunt experti

perti quod nos diximus, ideoque ad mensam altaris frequentius accedunt, omni tempore cãdida facientes uestimenta sua, id est, corpora, prout possunt melius ut pote Deum suum manu, & ore contrèctaturi, & colloquentè sibi ipsis audituri.

B. quoque Innocentius summus Pontifex admonet cauendum esse, ne, si nimum huius sacramenti sumptio differatur, in mortis periculum incuratur. Aduerte igitur quàm periculosum sit raro ad tantum Sacramentum accedere.

Et ideo B. Apollonius (ut legitur in uitis Patrum, in eius uita) admonetur, ut si fieri posset, Monachi quotidie communicarent, ne si quis abhorreret à Sacramento, alienaretur à Deo. Curabat etiam ut fratres, qui cum ipso erant, non prius cibum sumerent, quàm communionem dominicam percepissent.

Quibus autem incommodis afficiatur, qui à celebratione huius sanctissimi Sacramenti abstinet, cum laudabiliter, & sine peccato posset accedere, pulcherrimè exprimit doctissimus & uenerabilis Beda in quodam tractatu sic scribens: Sacerdos non legitime impletus celebrare omitens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccato-

Innocent.

Apollonius

Beda.



res uenia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & seipsum medicina & remedio. Quorū postremis priuatur etiā hi, qui cum dignē possint, nolunt tamen accedere.

Si uellem sententias Scholasticorū & grauissimorum Doctorum adducere, ostenderem neminem esse (quod ego uiderim) qui, simpliciter loquendo, frequentationem sacræ Eucharistiæ non solum per singulas hebdomadas, uerum etiam quotidianam, dummodo quis probatus accedat, non magno opere probet.

Vt autem breuitati consulam, pauca eos ex multis, grauiores tamē in testimonium nostræ assertionis adducam, & in primis D. Thomam, qui in 3. parte, quæst. 80. artic. 10. docet, Sacramentū tā ex parte sua, quā ex parte sumentis consideratum, laudabile esse quotidie sumere, si quis separatim inueniat. Et in 4. dist. 12. in responsione ad tertiam, & ultimā dicit, simpliciter loquēdo, melius esse sumere, quā abstinere. Et in illud prioris ad Corinth. 11. Qui enim manducat, & bibit indignē &c. post lōgam disputationem sic ait: Quia tamē amor præfertur timori, per se

per se loquendo, commendabilius esse uideretur, quod aliquis frequentius sumat, quā quod tardius.

In eadem sententia est Richardus, eandem asserens cum D. Thoma responsionem.

B. Bonauentura in 4. dist. 12. ait: Si quis semper esse paratus, semper utile esset hoc Sacramentum accipere, ut mundum receptaculum habens comederet cibum hunc cum honore, deuotione, ac fructu multiplici. Hinc fidelibus primitiæ Ecclesiæ competebar omni die accipere: ut pote Sāctis. Post modū uerō charitate refrigerescere instita sunt tēpora cōmunicādi diuersa.

Et in tractatu de profectu Religiosorum lib. 2. cap. penultimo ita scribit: Salubre est tamen & utile, quod homo sæpe se ad illius medicamenti susceptionem præparet, & quanto deuotius ualet, illud percipere studeat, & post perceptionem in studio se conseruet. paulò post: Et licet quandoque tepidè, tamen confidens de misericordia Dei fiducialiter accedat. Quod si se indignū, reputat, cogitet quod tanto magis eger, & necesse habet requirere medicū, quāto magis senserit se ægrotum. Non enim est opus ualētibus me  
K 4 dicus,



dicus, sed male habentibus. Nec ideo quaeris te iungere Christo, ut tu eum sanctifices, sed ut tu sanctificeris ab illo. Nec propterea praetermittenda est sacra communio, si quandoque non sentit homo specialem deuotionis gratiam, cum se ad illam preparare studet, uel cum in ipsa perceptione, uel post forte minus deuotum se sentiat, quam uellet. Vides, ut uir religiosissimus, & in rebus spiritualibus exercitatissimus, & nostram assertionem confirmet, & sanctissimae Eucharistiae frequentationem comprobet?

Beatus quoque Dionysius Carthusianus in 4. dist. 12. dicit, caeteris paribus multo melius esse ex charitate & zelo boni communis accedere, quam ex humilitate & timore cessare: praesertim cum Sacramentum istud sit Sacramentum totius charitatis, liberalitatis, & gratiae, medicinaeque animae: & multa alia huiusmodi subiungit. Et in tractatu, quem de Communionis frequentatione composuit, multa de assiduo illius usu conscribit.

Gerson.

Ioan. etiam Gerson tract. 9. in Magnificat, ait, Consideratis effectibus huius sanctissimi Sacramenti, laudabilis esse ex amore eius, & confidentia misericordiae

sericordiae Dei sepius accedere, quam ex timore, uel scrupulis se diu ab eodem sacramento quodammodo excōmunicatum facere: neque se exponere periculo, qui non habet certitudinem de legitimo impedimento. Et post pauca subiungit: Sed stultus illius timor est, & reuerentia minus prudens, qui ad Dominum se uocantem & inuitantem non accedit.

Adrianus summus Pontifex, & uir eruditus, in 4 in sacramento Eucharistiae scribit, Adhibita preparatione pro uiribus fragilitatis humanae, satius esse sumere hoc Sacramentum, quam abstinere: idque efficaciter probat.

Adrianus.

Durandus in 4. dist. 12. idem asserit, docens laudabilius esse accipere Eucharistiam, quam abstinere, tam ex genere facti, quam ex parte effectus: & etiam ex habitibus inclinantibus ad accipiendum, & abstinendum: quod ipse planè ostendit. Innumerabiles alios, eosque grauissimos Doctores idem asserentes, breuitatis studio praeter eo. In eadem namque, uel simili sententia omnes ferè Summi, alijque Scholastici maxima consensione conueniunt.

Durandus.



*Ratione tum à causa, tum ab effectu,  
tum etiam ab experientia  
ductæ. Cap. VII.*

**E**tsi satis esse deberent testimonia  
superius adducta ad intuendam ue  
ritatem satis alioqui uer se perspicuâ:  
nihilominus eandem sententiam fir  
missimis rationibus probare nitemur  
ut nullus aduersariis tergiuersandi  
locus relinquatur, nisi malint opinio  
nem semel conceptam pertinacius tene  
re, quàm cognitæ perspectæque  
iam ueritati cedere.

Sic igitur hæc prima ratio: Hoc Sa  
cramentum est spiritualis cibus ani  
mæ: ut est apud Io. 6. Nisi manducaue  
ritis carnem filii hominis, non habeb  
itis uitam in uobis. Et postea: Caro  
mea uerè est cibus. Sicut igitur corpus  
nostrum indiget frequenti cibo, ut in  
scauretur humidum radicale: alioquin  
sequeretur interitus: ita etiam ad con  
seruationem uitæ spiritualis indige  
mus frequenti huius Sacramenti sum  
ptione. Cum enim ex concupiscen  
tia nobis innata, & occupatione in ex  
terioribus fieret iactura deuotionis,  
per quam homo rediret ad Deum: pro  
fecto nisi per hoc Sacramentum frequè  
ter sumptum instauratio fieret, timen  
dum

dum esset, ne anima prorsus alienare  
tur à Deo, & spiritualiter moreretur.  
Vnde monet Innocentius cauendum  
esse, ne si nimis huius sacramenti sum  
prio differatur, in mortis periculum  
incurratur. Ex quibus satis apparet, fre  
quentem Eucharistiæ sumptionem uti  
liorem, & magis fructuosam, quàm ab  
stinentiam ab ea esse.

Secunda. Hoc sacramentum est sa  
cramentum unitatis, ut inquit D. Tho  
mas in Ioan. quia uidelicet per illud  
homo maximè, unitur Deo per amorè  
& deuotionem: & in 4. dicit, uirtute  
huius sacramenti quandam transfor  
mationem hominis ad Christum per  
amoris unionem fieri. Quanto igitur  
frequentius sumitur, tantò magis ho  
mo DEO unitur.

Tertia. Ille actus est perfectior & lau  
dabilior, qui à perfectiori & nobilio  
ri uirtute manat: Charitas autem mul  
to est perfectior & nobilior, quàm ti  
mor. Cum ergo frequens ad Eucharis  
tiam accessus ex Charitate & amore  
Christi, abstinètia uerò ex timore pro  
ficiscatur, sequitur, laudabilius & per  
fectius esse accedere, quàm abstinere.

Quarta. Huius Sacramenti usus ex  
pluribus & nobilioribus uirtutibus na



scitur, ex religione, & Christi amore, ex gratitudine, qua ei obnoxii ob im-  
mensa beneficia per ipsius passionē no-  
bis collata reddimur, ex cōfidentia bo-  
nitatis eius, & deuotione. Nec humili-  
tas, & reuerentia in tanti Sacramenti  
sumptione desiderantur, dū Christi ex-  
cellētiā, & summā bonitatē in eo intue-  
mur atque perspicimus, nostrāque in-  
dignitatem & indigentiam considera-  
mus atque cognoscimus. Qui uerō ab-  
stinet, etiam si ex humilitate & reue-  
rentia sacramenti abtineat, non tamē  
amore, quæ nobilissima uirtus est, nec  
suauissima cōfidentia in Christo mo-  
uetur, quam ipse Dominus tanto stu-  
dio nobis sapissimē commēdauit: cū  
paralytico diceret, confide fili, remit-  
tuntur tibi peccata tua. Et discipulis:  
Confidite, quia ego sum. Et: Cōfidite,  
ego uici mundum. Quibus planū sit,  
uerum id esse, quod nos affirmamus.

*Matth. 9.**Marc. 6.**Ioan. 16.**Quinta.*

Quinta. Hoc sacramētū à Christo  
nobis, in memoriam eius passionis su-  
mendū proponitur ijs uerbis. Hoc fa-  
cite in meam commemorationē: ergo  
qui accedere, quū laudabiliter possit,  
recusat, negligens sic ad memoriam re-  
ducere beneficium Passionis Christi,  
quæ in usu huius sacramēti præcipue

cele-

celebratur, certē ingratus uideri pōt.  
Sicut enim de Doctorum sententia in  
nulla re magis, quàm in celebratione  
dominicæ Passionis Deus honoratur:  
ita nulla nos ratione maiore possum⁹  
Deo honorē habere, quàm per dignā  
huius Sacramenti sumptionē, in qua  
eius Passionis memoria celebratur: ne  
que in alia re magis Dei beneficia re-  
cognoscere, & gratos nos ipsi præstare  
possumus, quàm in usu illius. Vnde in  
Psalmis dicitur: Quid retribuam domi-  
no pro omnibus, quæ retribuit mihi?  
Calicem salutaris accipiam.

*Psal. 115.*

Sexta. Bonum ex se, excellētius est  
bono per accidens. Sed sumptio huius  
sacramēti est bona ex se: abstinētia au-  
tem non est bona, nisi per accidēs: quia  
solum ex conditione abstinētis: qua-  
tenus metus est, ne minus ritē suma-  
tur. Igitur excellentius est &c.

*Sexta.*

Septima. Laus etiam frequentatio-  
nis Eucharistiæ optimē sumitur ex  
multiplici effectu, quem mirabiliter  
eius sumptio agit. Tollit enim pecca-  
tū mortale præteritum, inexistens, &  
futurū. Non quod existens in peccato  
mortali, cuius sibi est cōscius, illius re-  
missionē consequatur. Sed eò dicitur  
tollere peccatū præteritum, quòd re-

*Septima.*

liquias



liquias culpæ, & dispositiones ad peccata tollit, ut pronitatē ad recidendū, & habitū uiciosos ex peccatis relictos. Tollit etiam peccatum existens, illud scilicet, cuius obliuio sumus, uel nō habemus cōscientiam & affectum: & peccatum quoque displicens per attritionem. Cum. n. paruus dolor, qui à Scholasticis attritio dicitur, satis non sit ad remissionem mortalis, hoc Sacramentum cum attritione causa potēs efficiatur, ut sentit D. Thomas, aliique Doctores. Tollit quoque mortale futurū, quatenus robur ad declināda deinceps mortalia tribuit. Et quod hos effectus producat, præter consensum Doctorum, qui hoc asserunt: uidetur etiam ex oratiōe Dominica colligi: ubi postquam petiuimus Panem illum substantialē, petimus dimitti nobis debitam nostram, & ne inducamur in tentationem, sed liberemur à malo: tanquam effectus dignæ sumptionis sanctissimæ Eucharistiæ, quorum nullum ipsius abstinentia parit.

Magister  
senten.  
Ambro.

Octaua. Valet etiam Eucharistia ad delenda uenialia, ut inquit Magister Sententiarum in 4. distin. 12. Ambrosium adducens dicentem: Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem

tionem peccatorum effunditur, deo semper accipere: qui semper pecco, deo sepe habere medicinā. Et in libro de Sacramētis affirmatē hūc cibū quotidianum contra quotidianam infirmitatem sumi: quotidianæ autem infirmitates peccata sūt uenialia. B. quoque August. ait: Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus sit semel passus: quia quotidie peccamus peccati, si ne quibus mortalibus infirmitas uiuere nō potest: hæc autem sunt uenialia. Innocēt. etiam de hoc sacramento loquēs, ait: uenialia delet, & cauet mortalia: abstinentia autem nihil horum agit.

August. 3.

Innocent.

Nonā. In sumptione huius Sacramētī pœnā peccatis debita remittitur, uel tota, uel pars ex dispositione saltem suscipientis propter deuotionem & charitatis feruorem, qui ualet non solum ad remissionem culpæ, sed etiam pœnæ, ut inquit Alexander parte 4. quæst. 41.

Nonā.

Decima. Quamuis accipiēti hoc Sacramentum, & abstinenti bonum ex bono ipsorum motu æquale contingeret, tamen qui accepit, eximium quoddam bonum consequitur, quo defraudatur qui abstinet, amplissimam uide licet gratiā, quæ cuilibet bene parato per ipsius

Alexand.  
Decima.



## 232 DE FREQUENTI

per ipsius Sacramenti usum cōfertur. Sacramentum enim nouæ legis præter gratiam, quæ ex opere operãtis à Deo tribui solet, gratiam quoque ex opere operato (ut Scholasticorum more loquamur) conferunt. Quo uocabulo doctores Deum peculiari quodam fauore prosequi eos, qui ad Sacramenta rite accedunt, & singulari priuilegio ipsum Sacramentorum usum ornare significant. Cum enim Deus pro sua uisimo suæ sapientiæ ordine ijs, qui sacramentis non utuntur, gratiam iuxta dispositionem morumque liberi arbitrii auxilio gratiæ, quo præuenitur, obsequentis, seque ad deum conuertentis, solet impartire: illos, qui hæc sacramenta bene riteque accipiunt, gratia maiore prosequitur, quam ipsa eorum dispositio, & ad Deum conuersio, deuotioque promereatur. Quod sane ipse in gratiâ Domini nostri Iesu Christi pro eius præclarissimis singularibusque promeritis, simul & pro pacto cum hæc sacramenta accipientibus inito, & confirmato, benignissimè & liberalissimè facit. Quapropter qui ope diuinæ gratiæ præuenientis ita paratus est, ut sua ad Deum conuersione aliquam gratiam etiam sine sacramentis esse

## COMMVNIONE. 233

esset consecuturus, accedente recto ipsorum sacramentorum usu, non eâ solum, sed uberiorem & cumulationem essequitur. Id autem si in omnibus nouæ legis sacramentis uerum est, profectò in Eucharistia, quæ dignissimum est sacramentum, longè uerius esse comperietur. Quod & ipsum nomen ostendit, cum Eucharistia græcæ uox bonam gratiam apud Latinos significet. Quare qui eam dignè sumit, semper gratiam, uel gratiæ incrementum propter ipsam sacramenti sumptionem consequitur, quam neuiquam consequitur abstinens. Itaque uel hoc unum conuincit uerum id esse, quod dicimus multo melius & fructuosius esse frequenter Eucharistiam accipere, quàm abstinere ab ea.

Vndecima. Si consideremus quoque hoc sanctissimum Sacramentum, ut sacrificium est, quosdam mirabiles effectus non solum recipientibus, sed etiã in his, pro quibus offertur, producit. Nã uiuis impetrat dispositiuè gratiã, & remissionem peccatorum, non tanquam causa proxima, sed quatenus impetrat gratiam contritionis, per quam peccata remittuntur, & gratia gratiã faciens confertur. Impetrat etiam uel omnino

Vndecima.



omnino, uel saltem ex parte remissionem poenae. Quatenus enim Sacrificium est, rationem accipit satisfactionis. Impetrat etiam pacem, & sanitatem, & multa alia bona: ut constat ex sacris ab Ecclesia ad hunc finem institutis. Mortuis autem carenus prodest, quatenus eos a poenis Purgatorij per modum suffragij liberat: ut Ecclesia Catholica credit, tucur, ac docet. Beatos quoque laetificat. Gaudent enim accidentaliter letitia de honore, qui in celebratione huius Sacramenti DEO exhibetur. Gaudent etiam de honore, qui eis propter Deum in hoc Sacramento tribuitur, quando in honorem illorum Deo offertur. Gaudent praeterea de beneficijs quae mater Ecclesia in filijs tam uiuis, quam mortuis ex celebratione huius sacrificij accipit. Vnde uenerabilis Beda (ut superius adduximus) scribit: Sacerdos non legitime impeditus celebrare omittens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos laetitia, peccatores uenia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio, & seipsum medicina & remedio. Duode-

Beda.

cima. Si respiciamus etiam ad suauissimos fructus, qui ex digna huius Sacramenti sumptione nascuntur, quis erit, in quo sit uel tenuis scintilla spiritus Iesu Christi, qui non cupiat non solum frequenter, sed etiam frequenter simè illo reficere? Narrant enim sacri Doctores ex digna illius sumptione provenire in animam fidelem duodecim fructus similes duodecim fructibus ligni uitae, de quibus scriptum est Apocalypsis ultimo, ubi legitur: Et ostēdit mihi fluiuium aquae uitae splendidum tanquam chrystallum, procedentem de sede Dei & Agni, in medio plateae eius: & ex utraque parte fluminis lignum uitae afferens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. De quibus fructibus scribit Richard. in 4. dist. unde, si uis, eos colligere poteris. Alij uero Doctores illos duodecim fructus ex hoc Sacramento manantes sic enumerant: Viuificare, Relaxare, Inflammare, Patientiam dare, Nutrire, Restaurare, Unire, Communicare, Sanare, Conseruare, Roborare, Perducere: quos fructus explicando religiosi ac docti uiri copiosissimè persequuntur. B. quoque Bernardus bre-

Duodecima.

Richard.

Bernard.



Eucharistię fructus percēset, dum ait: Eucharistia medicina est agrotis, peregrinantibus dięta, debiles confortat, ualentes delectat, languorem sanat, sanitatem seruat: fit homo mansuetior, ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorę, sagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum fectiōnes deuotior. His omnibus fructibus seipsum defraudat, qui abstinet a comunione.

Decima-  
tertia.

Decimatertia. Qui frequenter accedit ad Eucharistiam, frequenter conscientiam suam examinat, qua examinata, sua peccata deplorat ac detestatur, sibi que in posterum innocentię legem indicit. Ex quibus actibus magnum meritum accreuit, quo priuatur abstinens quamuis sit in gratia. Quis igitur dicere audebit, utilius esse abstinere, a comunione, quam frequenter accedere, nisi qui uoluerit cōtendere, melius esse in uia Domini sedere, quam progredi?

Decima-  
quarta.

Decimaquarta. Qui frequenter ad comunionem accedit, frequenter accedit ad confessionem: qui uerō frequenter confitetur, melius ac facilius animam suam custodit, & cor suum ab omni labe peccati uacuum integrūq; con-

conseruat, cum propter sacram uerecūdiam, ne scilicet sæpius eadē peccata cōfiteri necesse sit, tū pp robur & uires, quę ex frequenti confessione & comunione percipiuntur: atque adeo propter sedulam operam curamque, quam adhibent qui frequenter confitentur, ut in statu gratię continenter permaneant. Nihil uerō horum propter abstinentiam a comunione contingit.

Decima-  
quinta.

Decimaquinta. Si expertis in arte mechanica credendum esse testantur Sapientes, quanto in studio spirituali exercitatis peritisque fides maior est adhibenda? Quod si roges frequenter communicantes, respondebunt se ex frequenti huius Sacramenti sumptione effectus sentire mirabiles: ardentiores in Deum & proximum charitatem, uehementius ad diuinorum mandatorum obseruationem studium, maiorem rerum terrenarum contemptum, firmiores uires contra dæmonis, mundi, & carnis imperus. Confitebuntur præterea se a multis uitijs & defectibus expeditos, quibus irretiti & implicati ante frequentationem huius mysterii tenebantur. Neq; (ut arbitror) abstinentes dicēt experi-  
ri se



238 DE FREQUENTI

ri se ex sua abstinentia tales esse Aus.

Decimaseptima. Qui abstinent à communione (ut ipsi aiunt) ideo abstinent, ut postea deuotius ac reuerentius accedant. Sed tu quomodo scis te per abstinentiam eam deuotionem & reuerentiam adepturum, quam in frequentatione inuenire non possis? Cum talis deuotio & reuerentia ex ipsa, uel in ipsa sumptione à Deo sapissime conferratur: sapissimeque contingat, ut quanto quis magis abstinet à comunione, tanto frigidior & magis indeuotus red datur? Nimius autem irreuerentiæ timor stultus est, qui Domino se inuitati non credit. Vnde Ioannes Gerson in Magnificat: Stultus, inquit, est timor, & reuerentia minus prudens illius, qui ad Dominum se uocantem & inuitantem non accedit, sed procrastinat. Vnde sæpe: euenit illud: Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Aut præterea illos, qui nolunt ad Eucharistiam accedere, nisi sint actu deuoti ac feruidi, similes esse frigidis, qui nolunt accedere ad ignem nisi prius sint calidi: & infirmis, qui nolunt adire medicos, nisi prius sint sani: quibus ex inuitia diuina sepe numero contingit: quod accidit Adæ, qui cū erat in Pa-

COMMVNIONE. 239

in Paradiso, noluit de ligno uitæ comedere, cū uerò uoluit, non potuit.

Decimaseptima. Excellens bonum, quod frequentius certiusque cōtingit, non est relinquendum pro incerto & raro contingenti. Quare: etsi aliquando accidit, ut qui rarius accedit ad comunionem, deuotius & reuerentius accedat: tamen (ut inquit idem Gerson) contrarium sæpe contingit: ut scilicet multo indeuotius frigidiusque accedat. Quia habitus (ut ait Phil. z. ethi.) faciat delectabiliter operari, quo caret, qui raro accedit. Vnde subdit idem Diltraheris hodie? parum deuotus es? parum recollectus? plurimum intratus à carne, mundo, & demone: credo equidem: sed agnoueris quòd nō dormiūt qui te persequuntur: cras iidem erunt aduersantes tibi hostes, tuæque deuotioni insidiantes, quales sunt hodie. Et subiungit: Dices, frigidus sum, aut tepidus: responderet: sæpe sustinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem in fine dimittit calidum & feruidum: corpus Christi ignis est spiritualis, accede ad hunc ignem, & facilius calefces. Ex quibus apparet, quàm stultè faciant, qui diu abstinent, ut deuotius accedant.

Decima



DE FREQUENTI

240  
Decima-octava. Qui ad Eucharistiā ueretur accedere, is aut abstinere, quia cōsilius de industria sperat se alio tempore apertorem futurum: aut abstinere, quia maiorem Dei gratiam se preparatē expectat. Si prius, stulta est persuasio & opinio, neque enim toto uitæ tempore quis sua industria dignum se reddere potest tanto mysterio, cum id diuino munere, & non industria nostra nobis donetur. Quod si hæc cogitatio in mente nostra altius insidebit, intellegemus profecto indigentiam nostrā, & sic humiliabimur coram Deo. Humilitas autem uel maxima est, quæ nos ad dignam tanti Sacramenti assumptionem disponit: Si posterius: fatua est expectatio: cum Dominus semper nobis præsto sit conferens gratiam suā impedimento sublato. Propè est enim Dominus inuocantibus se. Neque nouit tarda molimina Spiritus sancti gratia, ut inquit Ambrosius. Vides igitur quàm inutilis, & quàm stulta sit hæc tua à tam salutifero Pane abstinencia?

Decimanona. Eucharistiæ Sacramentum quamuis innumerabilibus figuris in ueteri lege fuerit designatum, præcipuè tamen expressum fuit Exodi 16. in Manna patribus in solitudine dato, quod

*Psal. 144.*

*Ambros.*

COMMUNIONE. 241

quod singulis diebus, præter Sabbatū in quotidianum cibū colligebatur: Ut ergo figuratum figura respōdeat, licet, ac decet sanctissimum Christi corpus quotidie sumere usque ad uerū Sabbathum, id est, usque ad diē gloriose quietis, in quo ipsum facie ad faciem, sicuti est in gloria sua, uidebimus.

Vigesima. Qui à cōmunionem ob inanem timorem irreuerentiæ abstinēt, à libertate Christiana longissimè absūt, quæ tota plena est fiducia in Christo, eiusque promissionibus: fiuntque huiusmodi homines nimis scrupulosi ac deiectionis ad studiosas actiones frigidi in charitate, tepidi in oratione. Contra uerò qui frequenter communicāt, sunt Euāgelicæ fiduciæ pleni libertate Christiana gaudentes, ad agendū fortes & acres, atque in oratione ardentè ac feruidi. Vix enim reperies in toto Christianæ uitæ studio, quod magis mentē ad omnipotentiam, cæterarūque quæ in Deo sunt, uirtutum cognitionē, quàm huius Sacramenti consideratio, & contemplatio, tollat. Nihilq; inuenies, quod uberiorē gratiam ad bene studioseque uiuēdum, atque in uia domini progrediēdum quàm frequens sanctæ Eucharistiæ sumptio, conferat.

L. Vigesima

*Matt. 26.*

Vigesimaprima. Cùm postremo uni-  
 genitus Dei filius pro summa sua libe-  
 ralitate humanam naturam in unitate  
 diuini suppositi sumere, & seipsū Deū  
 & hominem in Sacramento donare vo-  
 luerit, Accipite (inquiens) & come-  
 dite, Hoc est corpus meum. Equidem  
 excogitare nequeo, qua ratione uel in  
 gratitudinis, uel inhumanitatis effu-  
 gere crimen possimus: si uel spreta tan-  
 ta Redemptoris munificentia, tam  
 præclarum ac singulare munus tam li-  
 beraliter nobis oblatum, obinanem  
 quendam timorem respiciamus: uel tan-  
 tum principem ac dominum ad nos ul-  
 tro uenientem, domique nostræ diuer-  
 sari cupientem excludamus, eique ob-  
 uiam procedere negligamus, sed ad  
 alios eum diuertere patiamur, nescio  
 quam excusationem irreuerentiæ na-  
 sti, cum ipse nihil æquè in nobis, ac  
 cor contritum & humilitatum, simpli-  
 cemque ac synceram paupertatem de-  
 sideret.

F I N I S.

AD

ADHORTATIO AD SA-  
 cram Communionem.



A T I S iam te  
 intelligere arbi-  
 tror, pie Lector,  
 quāto præclarus,  
 quātoque utilius,  
 ac fructuosius sit,  
 sacratissimū Chri-  
 sti corpus in Eu-  
 charistia frequenter sumere, quā  
 cibo tam salutarifero uitalique se abstinere.

Vnum illud modò tibi superest, ut  
 perspecta uidelicet tanti Regis huma-  
 nitate liberalissimè ad suas nuptias te  
 uocantis & sic inuitantis: Accipite, &  
 comedite: hoc est corpus meum. Et:  
 Hoc facite in meam commemoratio-  
 nem: propter ac frequenter accedas, ne  
 in uitium in gratitudinis incidas, atq;  
 à regno cælorum cum Euangelicis il-  
 lis inuitatis (sive excusaueris) excluda-  
 ris. Hæ nuptiæ cælorum Regis sunt,  
 conuiuium est spirituale, cuius panis  
 eor hominis confirmat, & uinum spiri-  
 tuali lætitia hominis mentè inebriat,  
 Cibus uerò illius, caro CHRISTI  
 est, dicentis: Caro mea uerè est cibus.  
 Hæc enim est illa salutaris, Angelorū

*Matt. 26.  
 Luc. 22.*

*Luc. 14.*

*Psal. 103.  
 Ioan. 6.  
 Sapien. 16.*

L 2 esca



esca de Cælo tradita, omne delectamē  
tum in se habens, & omnis saporis sua  
uitatem. Hic est panis pinguis, qui præ  
bebit delicias Regibus. Hic est panis  
frugū terræ uberrimus & pinguis. Hic  
ē est panis ille primitiarū. Hic est pa  
nis tūm in subcinericijs panibus Ange  
lis ab Abrahā oblati, tūm in panibus  
ppositionis significatus. Designabatur  
ē hic saluberrimus panis in pane & uī  
no à Melchisedech oblati. Hic deniq;  
est panis ille subcinericius, in cuius  
fortitudine ambulauit Eliās quadra  
ginta diebus, & quadraginta noctibus  
usque ad montem Dei Oreb. Hoc est  
lignum uitæ, à Deo Optimo Maximo  
in medio paradiso terrestri insitum,  
cuius esus uitam corpoream conserua  
bat. Hic est agnus Pascalis sine macu  
la, per cuius sanguinem positum super  
utrumque postem, & in liminibus do  
morum olim fuit populus Israeliticus  
ab angelo percussore seruatus. Hic est  
hædus, quem obrulit Manue Domino  
super petram. Est quoque fauus mel  
lis, quem Ionathas intincta summitate  
uirgæ conuertit ad os, & illumina  
ti sunt oculi eius. Est etiā largissima  
illa aqua, quæ ex petra à Mose percuf  
sa repente scaturiit. Accede igitur libe  
rè ad hoc

*Gen. 4.*

*3. Reg. 19.*  
*Gen. 2.*

*Exodi. 12.*

*Iudi. 13.*  
*I. Reg. 14.*

*Num. 20.*

rè ad hoc suauissimum Christi conui  
uiū, in quo certissima tibi salus & uita  
promittitur. Si enim uestimenta Chri  
sti, & sudaria ac semicinctia Pauli uel  
leui contactu salutem præstabāt, quā  
to magis ipsum Christi corpus dignè  
sumptum ab omnibus te infirmitati  
bus tuis præuisq; affectibus liberabit?  
Si solo Christi uerbo quatruiduanus La  
zarus excitatus ab inferis extitit, quā  
to magis ipsum Christi corpus tuum  
pectus ingressum te uiuificabit, tuam  
que conscientiam à peccati te uindi  
cans morte, purgabit? Eia igitur fidelis  
anima, si immunda es, accede ad fon  
tem puritatis. Esuris? accede pascenda  
ad panem uiuificum & indefectibilem  
esurientem implentem bonis. Aegrotas?  
erit hoc efficacissimum tuæ infir  
mitatis medicamentum. Fluxum pa  
teris, nec sanari potes à medicis? ange  
plena fide cum Hæmorrhoiisā simbriā  
uestimenti Iesu, sacrosanctam hostiā,  
& restringeris. Si percussam te sentis à  
serpentibus peruersarum tentationū,  
quid restat nisi ut serpētem ænetim si  
ne ueneno Christum in cruce eleuatū  
aspicias? Cæcam te fortassis, debilem,  
& claudam conquereris? memineris  
oportet quod tales. ad coenam magni  
L 3 Regis

*Matt. 14.*  
*Act. 19.*

*Ioan. 11.*

*Gerfon. 3.*

*Mar. 5.*

*Num. 22*



Luc. 14.

Psal. 103.

3. Reg. 19.

Cypri.

Regis inuitantur, & intrare compelluntur. Lubrica sum (inquis) & inabilis: sed hic panis cor hominis confirmat. Tristis es & anxius: sed hoc uinum hominem interiore m latificat. Inquiete te plurima? Adhere ei, qui turbant te fluctus sedat. Peregrinarius a domino? sed in fortitudine cibi istius ambularis usque ad montem Dei. Hæc mira Spiritus sanctus per scripturas, spiritusque Dei inspirati sancti Dei homines de hoc admirabili Sacramento loquuntur. De quo Beatus Cyprianus in sermone de cæna Domini, doctissimè simul ac religiosissimè scribens: panis hic (inquit) azimus, cibus uerus & synæcerus per speciem & sacramentum nos ractu sanctificat, fide illuminat, ueritate CHRISTO confirmat. Accedat igitur omnes Dominicæ passionis studio si ad hunc saluberrimum panem: neque sumere, quàm frequentissimè poterunt, hoc suauissimum manna uereantur, in quo laboriosi huius mundi desertum sine uitæ periculo transire possint. Ne timeat ad hunc salutiferum panem accedere, qui uelit cor in domino habere confirmatum ad uincendos iniquissimos Dæmones, qui nostræ salutis cõtinenter insidiantur. Nemo hunc panem

nem uberrimum & pinguisimum, & qui delicias præbet æternas accipere dubitet. Nemo denique sit, qui timeat frequenter, atque aded frequentissimè panem hunc subcinericium, & azimum sumere, compositum in utero uirginis, coctum in ara crucis, in cuius fortitudine quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, hoc est, breuissimo huius uitæ spatio non iam usque ad montem Dei Oreb, id est, desertum: sed usque ad montem Thabor, hoc est, puritatem, & gloriam Dei peruenire possimus.

## L A V S D E O.



248  
A V T O R P I O

L e c t o r i S .



V M superioribus mensibus, amicæ lector, qdam de frequenti sanctissimæ communionis usu tumultuariè collegissem, non eo animo, ut in lucē ederentur, sed ut quorundam amicorum ac piorum hominum uotis, & deuotioni satisfacerem, qui cum crebrius celestis uitæ panem, & quidem magno cū fructu māducarent, habere aliquid cupiebant, quo aliis etiā obtrepentibus & improbantibus, facti sui rationē probare possent: accidit, ut hæc ipsa Neapoli postea excluderentur, & quæ obiter ego in amicorum gratiā notauerā, in omnium manus peruenirent. Quo circa pluribus amicis uisum est (ductis fortasse domestici præli commoditate) ut illa qualia qualia essent, sub eadem reuocarem, ac denuo emitterē. Ego uerò qui probè scirem alios per multos in societate nostra esse, & ingenio & doctrina, & eloquētia longè præstantiores

249

stantiores, qui hoc ipsum argumētum (ut omnia) copiosius atque ornatius explicare possent: meo me pede metiri cupiens, diu sum huiusmodi amicorum monitis & cōsiliis reluctatus. Sed uicit tandem eorū studium repugnantem animum, cum præsertim accederet eorū calculus, qui excludendorum librorū censores in urbe sunt constituti. Itaque calamum in manum sumpsisti. Itaque calamum in manum sumpsisti, & pro mearum uirium tenuitate, illa quæ parum digesta prius uidebantur, in paulò meliorem ordinem distribui, meumque nomen in libelli titulo adscribi passus sum, tum quia in orbe suo spectum esset & planè prohibitū, sine nomine librum ullum in lucem edere, tum ut si quid alicubi erratum à me esset (quod fieri facilè more hominum potuit) id auctori suo tribueretur. De instituti mei ratione, hoc te, pie lector, monitum uolo nihil me contra uiros pios uel sentire, uel agere, qui bona & pia ratione adducti, freno potius, quam calcariibus utendum censent: quibusdam, qui ex consuetudine potius, quàm ex deuotione sæpius cōmunicant: quos uidelicet non arcent sed monent, ne illotis (quod aiunt) manibus, & minus probata



probata conscientia, ad hæc Sacrosan-  
 cta mysteria irrumpant: sed aduersus  
 eos disputationem nos hanc suscepisse,  
 qui nescio quibus rationibus decepti,  
 uel affectibus parum piis commoti,  
 deuotionem & profectum spiritua-  
 lem piorum hominum impedire, &  
 simplices & Christi charitate accen-  
 sas animas, à Christo quibuscunque  
 modis possunt, conantur auertere. In  
 quos si fortasse alicui uidebimur ali-  
 quando excanduisse, & acriores fuisse  
 (Dei enim Zelus urfit nos, ut rei indi-  
 gnitas postulabat) minus erit quod  
 miretur. Hos ergo quoniam comprime-  
 re tantum uolebamus, & eorum inanes  
 sed in speciem probabiles ratio-  
 nes refutare, nihil hic nos de exacta  
 atque exquisitissima seipsum probandi  
 & parandi ad communionem ratione  
 (de qua alias fortasse) diximus: sed de  
 ea solum loquuti sumus, quæ & neces-  
 saria omnino est, ut cibus uitæ sit. su-  
 mentibus in uita, & quæ propositæ quæ-  
 stionis declarationi, conuenire uide-  
 batur. Alioquin facile est hinc dedu-  
 cere, plus eum fructus spiritualis, ex  
 huius diuini atque inenarrabilis Sa-  
 cramenti perceptione relaturum, qui  
 se se magis, orationibus, meditationi-  
 bus,

bus, piisque omnibus operibus para-  
 uerit, & palatum mentis purgauerit,  
 ut gustare possit, & uiuere quam sua-  
 uis sit Dominus. Vale, pie Lector, &  
 conatus nostros, tuis uotis & preci-  
 bus iuuua.

SOLI DEO GLORIA.



Loc. delu. Ger. I

Universidad de Pinar del Río  
BIBLIOTECA DEL  
COLLEJO MAXIMO  
S. CECILIA DE VALLES  
Libro recado de los  
Número de entrada

SOLIDRO GIORIA



Loci Beluiderij



...ci-De lu de...

